



36.

915.

Q. D. B. V.

DISSERTATIO JURIDICA
UNDECIMA,

ad

CONSTITUTIONES ELECTORALES
DIVI AUGUSTI

De

SUBHASTATIONE.

Ex Part. I. Constit. XXXII.

Quam

Consensu Magnif. Ordinis Jctorum

In Academia Wittenberg.

PRÆSIDE

WERNERO THEODORO

MARTINI, J. U. D. & P. P.


CONSILIARIO ELECT. SAXONICO.

publicè ventilandam proponet

In Auditorio JCT. ad diem 15. Martij Anno 1684.

Friederich Stiegleder/

Sangershusa Thuring.



Typis MATTHÆI HENCKELII, Academ. Typogr.

Mony:



DISSERTATIO XI.
ad
CONSTITUTIONES ELECTO-
RALES SAXONICAS,
DIVI AUGUSTI

RESPONDENTE
FRIDERICO Stiegledern/

Sangersh, Thuring.

PARTIS PRIMÆ,
CONSTITUTIO XXXII.

Von der Hülffe auff erklagte und ge-
standene richtige Schulden.

Wenn auff vorhergehende Proceß und Urthel
oder gestandene richtige Schuld / den Schul-
dener die Zahlung auferlegt / oder in Verblei-
bung dessen / die Hülffe ernant und angesetzt worden /
darzu ihn denn Sächsische Frist gegeben werden soll /
und es thut mitler Zeit der Schuldner seinen Gläubi-
gern keine Bezahlung / so soll der Richter nach besche-
hener Hülffe / das verholffene Guth in der Gemeine
und auf den Marckt durch den Frohnbothen feil bie-
then und subhastiren lassen / giebet sich denn ein Kauff-
mann an und setzt ein Geld drauff / so soll dasselbige
wiederumb außgeruffen / und das verholffene Guth
deme / so am meisten darvor geben will / gelassen wer-
den / findet sich aber nach beschehener Feilbietunge kein
Kauffmann / so soll das verholffene Guth nach Ver-
lauffung dreyer vierzeh. Tage durch die Gerichte

umb bahr Geldt und auff Tagezeit / beydes dem Rech-
 ten und gemeinem Werthe nach / wie des Orthes
 die Güther auff die Zeit gültig / gewürdet und geschä-
 zet / und mit Vermeldung solcher Tax / ferner zu fei-
 len Kauff dreyvierzehnen Tage nach einander öffendlich
 verkündiget werden. Und da Außgangs der Zeit / solch
 verholffnes Gutt nicht verkaufft würde / alsden sollen
 die Gläubiger dasselbige in den Werthe / wie es taxiret /
 iedoch unbeschadet eines ieden Rechtes und Prioritet an-
 zunehmen schuldig seyn und ihnen frey stehen / ob sie es
 der Schätzung nach umb bahr Geld / oder auff Tages-
 zeit annehmen wollen / würde sich aber der Schulde-
 ner / oder auch die Gläubiger solches Taxts aus erhebli-
 chen Ursachen beschwerē / so soll ihnen nachgelassen wer-
 den / das verholffene Gutt anderweit durch die Land-
 Schöppen umb bahr Geld oder auff Tage-Zeit aber-
 mahls wieder zulassen und wie es durch dieselbige ge-
 schätzt / darbey soll es bleiben / und solches in Per-
 söhnlichen klagen / wenn aber auff klagen so dänglich
 sind / die Hülffe gesucht würde / so soll der Richter den
 Gläubiger zu den erklagten Guthe in vierzehnen Tagen /
 nach dem das Urthel seine Krafft erreicht / verhelffen.

NOTÆ.

*Argumentum
 & Connexio
 Dissertationis.*

Not. 1. Postquam de *Executione Rei Judicatae* præ-
 cedenti *Dissertatione* dictum est in Genere, jam in specie
 agendum erit paucis de SUBHASTATIONE, tanquam
 solenni aliquo *Executionis Actu*, passim Moribus gen-
 tium recepto, passim jure Civili approbato, & pro cujus-
 que

DE SUBHASTATIONE.

que Reip. forma introducto. Et cum vero de hac SUBHASTATIONIS Materiâ variî extent jam Variorum Jctorum Commentarii & Tractatus peculiare, nos brevissime saltem illa attingemus Juris Capita, quæ ad explicationem nostræ CONSTITUTIONIS XXXII. pertinere principaliter videbuntur, cujus integta quoad Textum ipsius verba placuit repetere & præmittere huic Dissertationi, quod ferè tota hæc Constitutio de *Solemnitatibus Subhastationis* Jure Saxonico necessario adhibendis, sit concepta.

Nota 2. SUBHASTATIONIS *Vocabulum & usum* jam priscis, & Antiquis Romanis cognitum fuisse, perspicue docet Tit. C. de Fide & Jure Hastæ Fiscalis & de Adjectionibus, ubi variis in legibus *Solemnitatis hastarum, vel Venditionis sub Hastâ fiscali & Auctionis*, mentio fit, item *Licitationis, additionis. &c.* Varius nempe hastæ Usus fuit apud gentes Varias, modo enim in Symbolum fortitudinis adhibita fuit, ut Principes erectâ hastâ rerum suarum auctoritatem tueri & conservare soliti fuerint, Modo ad solennitates contractuum, ut firmiores redderentur, hastâ vel Virga eminens admissa fuit. Ex antiquis etenim Monumentis patet, etiam in *locationibus publicis*, vel quæ publice fiebant, hastæ expositionem receptam fuisse. Maximè tamen antiqui hastam figere soliti sunt, quando vendebant bona Debitorum, vel ad fisci Utilitatem. *Rebuffus & Calvinus* existimant, id factum ob ipsorum Debitorum timorem, ne eos vendere impedirent. Quæ conjectura somnio non videtur esse dissimilis. Quid hujus sit, *Subhastare* nihil hodiè & propriè aliud denotare videtur, quam publicè, Autore Prætorè & Judice, vendere, vel bona *Debitoris sub hastam mittere*, vel rem ve-

Subhastationis Vocabulum unde sumptum?

Varius hastarum Usus apud Antiquos

Hastæ Usus frequentior in Venditionibus publicis.

Subhastare quid?



*l. 5. C. d. Fide
& Jura hasta
fiscal.*

*Subhastatio
describitur*

Hasterium.

Hasterius.

*Venditio per
Incantum.*

nalem proponere hasta suppositâ Verba sunt l. 3. C. de Execut. Rei Judic. Vel ut Dd. hodie promiscuè loquuntur, Subhastare, est per Auctionem vendere, ut plus offerenti & licitanti Res, quæ hasta submittitur & venditur publicè fiat Emptoris, inque ejus dominium transeat. Ita loquuntur Impp. Valent. Valentin & Grat. in l. 5. C. de Fid. & Jur. hasta fiscal. Verba legis hæc sunt: Quæcumque pro reliquis fiscalibus debitis in quibuscunque corporibus sub Auctione licitanda sunt, fisco Auctore vendantur Ut perpetuo penes eos sint, jure Domini, quibus res hujusmodi sub hasta solennis arbitrio fiscus addixerit. SUBHASTATIO autem nihil aliud est, quam actus ille, quo solemniter admota hasta Res in Auctione publicè vendenda exponitur, Nec puto opus esse, ut cum Jodoco de Subhastat. dicamus, Subhastationem dici ab Hasterio, loco, ubi bona proscripctorum publicè vendebantur: Quamvis negare haud queamus, Hasterios appellatos antiquis fuisse, qui rem venalem proponunt, hastâ supposita. Alii vocant Subhastationem venditionem, quæ fit per incantum, vel in Incantu. Quæ Criticorum subtilitates, cum ad rem nihil faciant, ad Scholam Grammaticorum sunt remittendæ. Nobis sufficit, quod Subhastationis publicæ expressè mentio fiat in l. 16. C. de Resc. Vendit. Cujus legis integra verba non inane erit hic apponere: Si quos Debitorum mole suppressos, necessitas publicæ rationis adstringat proprias distrabere facultates, Rei qualitas & Redituum quantitas aestimatur, nec sub nomine SUBHASTATIONIS publicæ locus fraudibus relinqvatur, ut possessionibus viliori pretio distractis plus exactor ex gratia, quam Debitor ex pretio consequatur. Dd. & Interpretes Juris Civilis & Practici non

DE SUBHASTATIONE.

non conveniunt in definiendâ SUBHASTATIONE, Quot capita, tot sensus. Non displicet tamen illa, quam habet Ludovic. Postius in Tractat de Subhastat: Inspect. 1. n. 24. Quando ita definit, quod sit: Subhastatio Rei Venalis publicæ expositio cum edicto vel Proclamatione Preconis, quæ pluris licitanti seu offerenti conceditur.

Postii descriptio Subhastationis.

Not. 3. Quamvis Subhastatio non differat ab AUCTIONE, idem tamen non est cum LICITATIONE, & ADJUDICATIONE. Licitare enim dicuntur, qui in Subhastatione seu autione pretium offerunt, pro re venali exposita seu locandâ. Fontanell. d. pact. Nupt. claus. 7. Interdum licitare etiam denotat sæpè augere pretium. Qui vero pretium offerunt in ejusmodi venditione publicâ, quæ dicitur fieri sub hasta, LICITANTES, vel Licitatores vocari solent, Nonnulli etiã Licitarios appellant. Est nempe Licitatio actus ad Subhastationem & promovendam venditionem publicam necessarius. Hinc quando Licitatio sumitur pro ipsa Subhastatione, fit id ipsum rhetoricè per metonomiam partis pro toto, dum Subhastatio totum actum venditionis publicæ, quæ tali modo fit, denotat. Licitatio autem actus est aliquis particularis, qui ad perficiendam Subhastationem necessarius. Publica nempe Venditio vel subhastatio partim absolvitur Licitatione, partim autione vel adjectione. Cujus adjectionis mentio fit in Rubricâ Tit. C. de Fide & Jure hastæ fiscalis & adjectionibus. Et recte describuntur à Dd. Practicis adjectiones, quod sint Licitationes vel promissiones posteriorum Emptorum Majus pretium offerentium. Auctionem nempe vincere & superare, est majus pretium offerre in licitatione. Mangil. de Subhast. quest. 1. n. 4. Rebuff. de Prac. licit.

Not. 3. Differt Subhastatio à LICITATIONE.

Licitare quid

Licitantes vel Licitatores.

Adjectio quid sit ?

licit. & Subhast. in Prefat, N. S. Mastrill. de c. 247. Ludov. Postius, de Subhast. Inspect. 1. n. 33. 34. &c.

Not. 4.
Subhastatio
fiebat per Prae-
cones vel Appa-
ritores.

Pracones Ro-
manorum,

Praconium,

Not. 5.
Per Pracones
vel Apparito-
res etiam Ju-
re Saxonico
exercetur Sub-
hastatio.

Not. 4. Modus & forma Subhastationis vel venditio-
nis sub hastâ publicâ de jure Civili Romano erat , quod
illa celebrabatur mediantibus Praconibus proclamanti-
bus testante Briffonio de Form. Solennib. Pop. Rom. Sic in
Rep. Romanâ pignora in Causa judicati capta per Appa-
ritores distrahi solebant l. si. fl. d. evict. Et tot tit C. Si pign. in
causa jud. capt. sit. Et erant apud Romanos Pracones, qui
jussu Magistratus publicè aliquid ore denunciabant, auctio-
nem faciebant, unde Clamor & Vox Praconis dicebatur
praconium, Jodoc. de Subhastat. cap. 1. n. 14. Rebuff. de
Prae. licit & Subhastat. in prefat. n. 2. Postius de Subha-
stat. Inspect. 1. No. 41,

Not. 5. Ab hoc modo Subhastationis vel Venditio-
nis publicæ Romanæ, quæ exercebatur vel per Pracones, vel
Apparitores recessisse non videtur Jus Saxonicum Electo-
rale, ob verba expressa nostræ Constitutionis: So sol
der Richter nach beschehener Hülffe das verbothene
Guth in der Gemeine und auff den Marckt durch den
Frohnbothen feil biethen und subhastiren lassen / Cujus
Subhastationis, quæ fit per Praconem, etiam mentio fit
in Ord. Proc. Tit. 39. Von der Execution und Hülffe. 2c.
§. 11. his vobis: So sol man diese Ordnung halten / daß
man erstlichen nach beschehener Hülffe das verholffene
Gutt in der Gemeine und auff dem Marckte durch
den Frohnboten subhastiren und von vierzehen Ta-
gen zu vierzehen Tagen dremmal feil biete. Quæ so-
lennitas tamen, ut patet ex contextu, tunc adhiberi solet
quando Executio Rei Judicatæ Subhastationem præcedit.
Per

DE SUBHASTATIONE

Per vocabulum *Fronbohten* procul dubio hic intelliguntur Ministri Judiciales ad hunc actum praesertim & alia ministeria Judiciorum destinati & juramento obstricti. *Die Marktmeister / Raths und Gerichts Diener.* Eleganter Romanis vocantur Apparitores, quod in Judicio apparere, & obsequiis suis jussionibus Magistratum praesto esse debeant. Qui in Jure Codicis etiam vocantur *Cohortales.* Variis pro officiorum varietate hi ministri Judiciorum insigniuntur Nominibus, modo *Scribarum,* modo *Viatorum, Licetorum, Praconum,* & aliis vid. *Briffonum lib. 1. de verbo sign.* Vocantur etiam generali nomine *Executores l. 137. ff. d. R. f. Tot. Tit. C. de Apparitorib. item Tot. T. C. de divers. Offic. & Apparatorib. Judicum. Tot. Tit. C. de Executorib. & exactorib.* Variant haec nomina Ministrorum Judicii, pro cujusque loci consuetudine & observantia.

Not. 6. Quod autem antea diximus, SUBHASTATIONEM parum differre ab AUCTIONE, certo modo defendi potest *l. 4. 5. & final. C. de Fide & Jur. bast & fisca.* quamvis & illud fiat per *Synectochen* partis pro toto, cum *licitatio, vel auctio, vel etiam adjectio* proprie, saltem pars sit Subhastationis, vel actus ad Subhastationis perfectionem aliquis necessarius, ut *proscriptio* saepe vocatur *Subhastatio,* quae tamen primus saltem est Actus Subhastationis. Quinimo, totus actus Subhastationis metonymice per solam *Hastam* exprimitur saepe, uti patet ex *Rubric. Tit. C. de Fid. & jure bast. Fiscal.* Illud tamen affirmare haud licet de ADDICTIONE, vel ADJUDICATIONE, *Addictio* enim vel *Adjudicatio* ultimus quasi Actus est, qui consequitur tanquam effectus Subhastationem factam, & ipsa est quasi traditio & collatio, qua res

Fronbohten.
Apparitores.
Cohortales.
Scribae.
Viatores.
Pracones.
Licetores.
Executores.

[Not. 6.
Subhastatio.

Licitatio.
Auctio
Adjectio
Proscriptio.

Hasta pro
Subhastatio-
no.

Addictio vel
Adjudicatio.

B ve-



Addictio & Adjudicatio non differunt utraque tamen differt ab Adjectione.

Not. 7. Subhastatio alia est Voluntaria alia Necessaria.

venalis sub hastâ proposita plus licitanti traditur, illiusque dominum in illum transfertur. Addicere nempe denotat Actum venditoris, quando tradit. Postius cum Alberico & Calvino Additionem vocant: Collationem seu traditionem, quæ fit pluris licitanti rei subjectæ voce Præconis seu venalis. Et *addictio* quidem & *adjudicatio* unum idemque denotant, malè autem cum illis vocabulis confundunt nonnulli Dd. *Adjectionem*, cum per *Addictionem* vel *Adjudicationem*, uti dictum, res, quæ sub hastâ venditur, Emptori tradatur, *Adjectio* autem sit melioris conditionis oblatio, vel pingvior licitatio. Quam differentiam pro more suo erudite notavit *Laurent. Valla elegant. lib. 5. c. 29.* Cæterum de hac *Adjudicatione*, vel *addictione*, plura dicemus infra circa finem & effectum SUBHASTATIONIS.

Not. 7. Distingvere solent communiter Dd. SUBHASTATIONEM in *Necessariam* & *voluntariam*. *Voluntariam* vocant, quando aliquis privatus voluerit res suas in publico ad vocem præconis vel consuetis Auctionis & Subhastationis adhibitis solemnitatibus vendere & distrahere. Addit rationem Postius in *Tractat. de Subhastat. Inspect. 1. No. 64.* ut ex licitatorum calore carius res vendantur, vel saltem ex hominum & oblatores concursu citius emantur. Adde *Pinell. ad. l. 2. C. de rescin. vendit. p. 2. c. 2. n. 26.* Et frequentes sunt hujusmodi *Auctiones* & *Subhastationes Voluntariæ* in *Emporiis* & magnis civitatibus. E. g. Si integra quædam Societas, inter Socios, vel hæreditas inter cohæredes, vel Bibliotheca quædam per Auctionem sit distrahenda, ut commodius rerum singularum Emptores, quam totius

hereditatis, Societatis, vel Bibliotheca inveniantur. Hæ nempe *auktiones* & *distraktionen* publicæ non tam ex necessitate fluere videntur, quam mero arbitrio venditorum, nullo jure ad illas coactorum. Quæ auctio etiam nihil probri in se continet vel ignominæ, cum alias illa, quæ ob æs alienum fit, à Cicerone pro Quintio pro probrosâ habenda sit. Dd. nonnulli ad hanc *voluntariæ Subhastationis* speciem etiam referunt illam, si fiat illa & adhibeatur, non ad veram rerum distraktionem, sed saltem explorandum justum rerum pretium. Cujus exempla recenset. nonnulla *Job. Philippi Tractat. de Subhast. Cap. 1. Comm. 3. N. 21.* Ubi benè monet, cautè in ejusmodi Auctione voluntariâ procedendum esse, nec addenda verba, quod plus licitanti sit res tradenda, ne ob jus quæsitum ex factâ licitatione ad rem tradendam conveniri possit Subhastans. *Adde Ludov. Post. Inspect. 34. item Mangil. de Subhastat. quest. 16. n. 3. Damboud. de Subhast. cap. 5. n. 11.*

Not. 8. *Voluntariæ Subhastationi* opponitur *Necessaria*, quæ non originem habet ex solâ voluntate, vel arbitrio mero vendentis vel Subhastantis, sed quæ ita ferente necessitate & lege jubente adhibenda est, & quâ omisâ, venditio illa vel distractio nulla est. Et potest tanquam invalida alienatio revocari. *l. 2. C. si propter publ. pensit. l. 1. & 2. C. d. Fid. & Jur. hast. fisc.* Hujus *Necessariæ Subhastationis* species constituunt: Quando bona præsertim immobilia *Ecclesiarum, Hospitalium, Locorum Piorum & religiosorum* sunt vendenda & alienanda. *Auth. hoc jus porrectum C. de Sacros. Eccles.* Nonnulli huc referunt. *Annuos Reditus piarum Causarum, Man-*

Not. 8.
*Necessaria
Subhastatio.*

Q
*Num Bona
Ecclesie sub
hastata vendi-
debeant.*



A.
Neg. de Jure
Canon.

De alienatio-
ne Rerum Ec-
clesiæ in Ter-
ris statuum E-
vangelicorum.

Not. 9.
Ad Necessari-

gil. de Subhast. qvæst. 105. No. 9. & 10. Item ad locatio-
nes: nisi sint ad Modicum tempus. Ubi tamen Dd. præ-
supponunt casus, ut bona Ecclesiæ vel piarum causarum
vendenda sint vel ad solvendum debitum, vel in utilita-
tem Ecclesiæ &c. Interpretes tamen Juris Canonici Sub-
hastationis solennitate opus haud esse existimant in alie-
natione bonorum Ecclesiasticorum. Nonnulli putant
otiosam esse ideò hanc qvæstionem, *Num bona Ecclesiæ sub-
hastâ vendi debeant?* Quod notum sit, illa sine apo-
stolico beneplacito alienari non posse, quo intervenien-
te, opus non sit tantis ambagibus & solennitatibus, de
qvâ qvæstione prolixè differit. Ludov. Post. Tract. de
Subhast. Ins. 2. No. 13. 14. & seqq. Alii, præsertim recentio-
res asserunt, jure Canonico jus civile non correctum Philip.
de Subhast. Insp. 2. com. 3. De jure Civili expeditum est, Res
Ecclesiæ sine justâ causæ cognitione non posse alienari,
& ita etiam justum earum pretium explorari nequit si-
ne Subhastatione, unde tutius adhibenda, vel ex qvâdam
necessitate. In Terris & provinciis statuum Evangelico-
rum res Ecclesiæ alienari nequeunt sine præscitu Con-
sistorii Ecclesiastici & si alienatio illarum necessario con-
cedenda, haud facile sine Subhastatione illud fieri per-
mittitur. Quod si tamen sine Subhastatione alienentur
bona Hospitalium, illa revocari non possunt à possesso-
ribus bonæ fidei, uti hoc præjudicio confirmat *Philippi.*
Tract. de Subhast. Ins. 2. com. 3. Quod etiam verum, si forte
fit pretium rei vendendæ certum, vel forte res mobiles,
modici valoris, & quæ servando servari non possunt.

Not. 9. Secundo NECESSARIÆ SUBHASTA-
TIONI subjacent RES FISCI, quorsum potissimum tendit

Tot.

DE SUBHASTATIONE.

Tot. Tit. C. de Fide & Jure hastæ fiscal. Referunt huc Dd. etiam Bona confiscatorum vel incorporatorum l. edicto C. si advers. Fiscum Restit. postuletur. Item in hanc classsem rediguntur Bona patrimonialia Principis & camera, item Bona vacantia. Propriè nempe in jure Romano sub hastâ venire dicuntur illa bona, quæ jure hastæ Fiscalis, id est, Auctionis quæ fit à Fisco de bonis Caducis, Commissis, obligatis, venduntur. Calvin in lex. Jur. vocab. sub hastâ. Quod & nonnulli extendunt ad locationem rerum Fiscalium l. licitatio, locatio ff. de Public. & vectiga. l. penul. C. de vectigal. & comm. l. 2. C. de Vend. Reb. civitat. Mangil de Subhastat. quest. 34. No. 7. Ratio vero, quod Res fiscales sine solenni Subhastatione non possint alienari, est, quod Bona Ecclesiæ & Fiscus æqui parentur bonis minorum & pupillorum. Quemadmodum igitur Bona pupillorum & Minorum valide sine Subhastatione & licitatione distrahi non possunt, sed illa venditio habetur pro nullâ, ita quoque sese res habet in Bonis, quæ ad Fiscum spectant, quæ si non sub hastâ venduntur, illa distractio censetur mala fide facta, & tanquam nulla revocari potest Tot. Tit. C. de jure & fid. hast. fisc. T. T. C. si adversus Fiscum. Nec interest num fisci sint propria, an vacantia, caduca. Quando tamen ipse Princeps vult vendere bona sua, Subhastatione opus non est. Johan. Franch. de Pontan. Consil. 54. Num. 8. Quemadmodum nec Procurator Principis hanc solennitatem hastæ adhibere præcise debet, sufficit quod Res ipsius Principis consensu vendatur. l. 1. §. 1. ff. d. offic. Procur. Cæsa. Præsertim, si res sit patrimonialis. Necessum tamen est, ut habeat Procurator mandatum cum liberâ, vel speciale Mandatum Peregrin. de Jure Fisci

viam Subhastationem pertinent RES FISCALES. Bona confiscatorum. Bona patrimonialia Principis & Camera.

Bona Principis sine Subhastatione vendi possunt.

A Procuratore Principis.

B 3

lib.



*Si Princeps
vendat rem
alienam ut
alienam.*

*Si Fiscus ob de-
bitas collectas
vel contribu-
tiones bona
subditorum
subbastare
velit.*

*Not. 10.
Num Bo-
na Univer-
sitatum sint
Subbastanda.*

*A.
l. final. C. de
Reb. Civit
vend.*

*Universitas
gaudet privi-
legiis Mino-
rum.*

lib. 6. Tit. 4. Num. 2. Distingvunt etiam alii subtiliter, num Princeps vendat rem alienam, ut alienam, ex causa præcedenti debiti, quo casu requirunt Subhastationem. An vero rem alienam vendat simpliciter tanquam suam, & tunc Subhastatio non videtur necessaria. Si vendat fiscus, utroque nomine sine Subhastatione venditio peragi nequit. *Fabian. de Monte de Emp. & venditione Quest. 5. n. 85. Ludov. Post. de Subhastat. Inspect. 3. n. 34.* Cæterum si Fiscus vel ob debitas Collectas, vel contributiones & alia onera Civium & subditorum, Subhastare illorum bona velit, debito ordine Executionis uti debet jure definito, non enim res statim pro commissâ habendâ, sed executiendus est debitor & exigua mora ad solvendum non deneganda quâ de re vide *Johan. Philippi Tract. de Subhast. cap. 3. Comm. 6. N. 13. & seqq.*

Not. 10. Tertio necessaria SUBHASTATIONI obnoxia sunt RES UNIVERSITATUM, probare hoc volunt Dd. ex *l. fin C. de vendend. Reb. Civitat.* Et quidem præcipuè ex illis verbis, quibus Imperator Leo jubet, *ut civitates summa & indefessa cura prospiciant, ne quis adversus Civitatum commoda quicquam moliri possit incommodi, sed sine ulla fraude seu nundinatione vel colludio seu conniventia hujusmodi venditiones procedant.* Et in seqq. verbis jubet idem Imperator: *Ejusmodi Res & bona civitatis imperiali auctoritate vendere.* Ex his verbis Dd. & Interpretes colligunt, bona Civitatis debere sub hastâ vendi, quod fraudes & Collusiones non aliter evitari possint, quam per *Subhastationem* & *Venditionem publicam.* Addunt & hanc rationem, quod Universitas & civitas gaudeat juribus & privilegiis Minorum, imo quod æquiparetur Pupillo. *l. Remp. C. d. Jure*

DE SUBHASTATIONE.

Jure Reip. Addunt & hanc porrò rationem, quod Administratores & Officiales Civitatis non videntur aliam potestatem alienandi habere, quam limitatam & ad Subhastationis formam restrictam, quam etiam præcedere omnino debet justa causæ alienationis exploratio & totius civitatis, vel omnium Civium consensus, ut nempe cedat in totius civitatis utilitatem venditio. Quas solennitates omnino requirunt in aliarum quoque Universitatum rebus alienandis, ut Administratores pagorum &c. illas non negligant vid. *Brunneman ad Cod. de Vend. Reb. Civitat. item Perez. n. 6.* Et si hæ omnes solennitates omittantur, venditionem pro jure nullâ declarant. Sunt tamen nonnulli Dd. qui contrarium statuunt, quod nempe Subhastatione opus non sit in alienatione & distractione Rerum, quæ sunt *Civitatis, vel Universitatis!* Uti sunt: *Tuscus concl. 713. Mantica de Tacit. & ambig. convent. Tit. 8. n. 22. Mangil. de Subhast. Quest. 33. n. 2. Grat. disc. form. cap. 479. n. 15. & alii,* quos longâ serie recenset *Postius in Tract. de Subhast. Inspect. 3. n. 47.* Qui omnes sufficere putant, si alienationes fiant licito & permissio modo, bona fide, justo pretio consensu Civium, quorum interest. Nec opus esse Subhastatione, nisi consuetudine Civitatis illud receptum, tunc illa sine vitio nullitatis omitteri nequit. Præter hunc casum supervacaneam esse putant ad Emptionem & Venditionem Rerum civitatis subhastationem, Maxime si illa fiat ex necessitate & pro ære alieno solvendo, vel si pecunia vergat in utilitatem Reipublicæ. Ne Civitates videantur esse deterioris conditionis quam privati, qui libere sua bona vendere non prohibentur citra subhastationem. Illud certum est, quod ex *l. final. C. de*

Administratores Civitatum prospicere debent commodo publico

Pro negativa.

Res civitatis sine Subhastatione vendi possunt si Venditio fiat debito & legitimo modo.

Resp. ad l. fin. C. de Reb. Civit. venden.



Sola Subhastatio non excludit fraudes.

Jure Civili, non expresse requiritur Subhastatio in Reb. Civitatis. Tutius faciunt Administratores Civitatis si subhastant bona,

C. de Reb. Civitat. vend. expresse probari non possit, quod *Subhastatio in Vendendis Rebus Civitatis* præcisè sit necessaria, adeò ut illà omiſſa vitiosa sit distractio. Contrarium potius inde probari posset quod (1.) Subhastationis nullo verbo fiat mentio (2.) ob illa verba: *Super his (Rebus Civitatis) licebit civitatibus Venditionis pro suo Commodo inire contractum.* Simpliciter hic libertas contractus conceditur Civitatibus Res suas vendere. Nec quicquam faciunt ad hujus rei probationem Verba legis: *sine fraude & Colladio vel convenientia*, & quod hæc Fraus evitari possit per Subhastationem: Cum fraudes & aliis remediis, quam per Subhastationem evitari possint. Neque reliqui Contractus, qui citra solemnem subhastationem celebrantur, præsumptionem exinde fraudis præ se ferunt. Accedit & tandem hæc ratio, quod Civitates & Universitates deteriores videantur hoc modo privatis hominibus, si illis Libertas contrahendi restringi deberet ad Subhastationem, quæ non semper justum pretium Rei, quæ venditur consequitur. Et proinde non videtur statuendum esse, Jure Civili necessariò requiri subhastationem ad distractionem Rerum Civitatis vel Universitatis. Quod Jus Civile neque Canonico, neque Saxonico videtur esse correctum. Illud negandum non est, Tutius facere Administratores Civitatum si in alienatione Rerum civitatis solennia subhastationis adhibeant, sed præcisè illam necessariam esse, adeo ut si omittatur, vitiet contractum, nullâ lege defendi potest. Quamvis *Dn. Philippi* ita sentiar cum *Antho. Matthæi Tract. de subhast. cap. 3. com. 5. n. 18.* Qui ipsemet *Commat. 4. n. 9.* defendit & præjudicio Senatus Appellat. confirmat, nec res Ecclesiæ vel Hospi-

Hospitalium citra subhastationem alienatas revocari non posse. Puto ego attendendam esse cujusque loci Consuetudinem in hac re. Quod si enim recepta est, omitti nequit, citra vitium nullitatis, quod si nulla adsit consuetudo vel lex statutaria omitti potest sine vitio nullitatis modo omnia requisita justæ alienationis accedant: aliquo enim modo probrosa est Subhastatio, quam privati evitare solent, quantum possunt: Aliud est si forte accedat jussus Principis, vel alia quædam prægnans ratio adsit.

Not. II. Quarto & imprimis præ aliis *necessaria subhastatio* sibi locum vindicat in distractione & Venditione *Bonorum Pupillarium vel Minorennium*. Notissimum nempe jam est ex jure Civili Romano, multa in favorem Pupillorum & Minorum à Legislatoribus condita esse & constituta jura singularia, ne ob imbecillitatē ætatis & judicii ab aliis facile decipiantur. Imprimis interdicta & prohibita est illorum bonorum immobilium alienatio, distractio & Venditio. Et quæ ipsa quidem licita non est, nisi varia in legibus prodita concurrant requisita. Nonnulli Interpretes *Juris Civilis Octo*, nonnulli duplicato numero XVI. recensent & cumulant. Quæ tamen ab aliis ad tria Capita rediguntur. Quorum (1.) est *Justa alienationis causa*, v. c. *es alienum*, vel alia quæpiam urgens & justa causa æri alieno similis, vel necessitatem quandam alienationis inducens. (2.) Illam autem justam causam, numtalis sit, comitetur prævia cognitio & exploratio Facultatum, ut illa non solum allegetur, à Tutoribus & Curatoribus, quorum autoritas uti in omnibus aliis, ita præsertim in hoc alienationis actû intervenire debet, sed & probeatur. l. 6. & 8. C. de Præd. Minor. ad quam cognitionem &

Not. II.

Bona Pupillarum & Minorum necessario sub hasta vendenda sunt.

Varia requisita Juris Civilis observanda in alienatione bonorum pupillarium & Minorum.

(1.)

Justa causa.

(2.)

Prævia illius causa cognitio.

C. ex-



explorationem justæ causæ omnino spectat ponderare, nummè æs alienum contractum fortè solvi possit ex pretio Rerum mobilium *l. 5. §. 9. ff. de Reb. eor. qui sunt sub Tutela.* num æs alienum exiguum sit, vel valde onerosum & noxium, neque pro exiguo debito vendatur res pretiosa & magni valoris *l. 5. §. 20. ff. eod.* & quæ alia sunt hujus generis, quæ ante alienationem à Tutoribus & Curatoribus Pupillorum & Minorum itemque Judice examinanda. (3.)

(3.)
Decretum Ju-
dicis

Tot. tit. C. de
Prædiis Mino-
rum sine De-
creto non alie-
nandis.

*l. 12. C. de
Præd. Minor.*

*l. 15. C. de Præd.
Minor.*

Imprimis accedere debet ipsum *Decretum Judicis & Magistratus*, quod quasi omnium firmissimum est ejusmodi alienationis fundamentum. Quamvis sine vitio nullitatis ex his tribus jam recensitis requisitis ne ullum quidem omitti & negligi possit. Et si saltem Unicum ex his neglectum fuerit, Tota alienatio inutilis est & vitiosa. Perspicui hæc in re sunt Textus Juris Romani. Et ipsa *Rubricatit. C. sufficere possit: De Prædiis & aliis Rebus Minorum sine Decreto non alienandis.* Quamvis etenim in illâ mentio saltem fiat Decreti & quod sine illo Prædia & Res Minorum distrahi haud debeant, Decretum tamen hoc præsupponit causam necessariam & prægnantem, itemque præviam illius cognitionem & explorationem. Et in *l. 12. C. d. Tit. expresse causæ cognitio & Decretum Judicis* conjungitur his verbis: *Ob æs alienum tantum causâ cognitâ prædiali Decreto Prædium Rusticum Minoris Provinciae distrahi permittitur.* Et quod alienatio Prædii à Minore sine Decreto facta neutiqvam subsistat, expressis verbis disponitur in *l. 15. C. de Præd. & aliis Reb. Minor sine decreto non alieni* his verbis: *Si minor 25. annis prædium Rusticum, cum aliud deberes, sine decreto in solutum dedisti, dominium à te discedere non permittit Sæti auctoritas.*

Quæ

PART. I. CONSTITUTIO XXXII.

Quæ autem in ipsa Causæ cognitione Tutori & Curatori, itē Prætori sint ante alienationem bonorum præsertim immobilium ponderanda, accuratè describuntur in l. 5. §. 9. & 10. ff. de Rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt non sine decreto alienandis vel supponendis. Quæ cum ad rem nostram pertineant, integra hic allegamus: Non passim Tutoribus sub obtentu æris alieni permitti debuit venditio, namque non esse viam distractionis eis tributam, & ideo Prætori arbitrium hujus rei Senatus dedit, cujus officio imprimis hoc convenit excutere, an aliunde possit pecunia ad extenuandum æs alienum, quaerere ergo debet, an pecuniam pupillus habeat vel innumerato, vel in nominibus, quæ conveniri possunt, vel in fructibus conditis, vel etiam in Redituum spe ac obventionum. Item requirat, num alia res sint, præter prædia, quæ distrabi possint, ex quorum pretio æri alieno satisfieri possit. Si igitur deprehenderet, non posse aliunde exsolvi, quænam ex prædiorum distractione, tunc permittet distrabi, si modo urgeat Creditor aut Usurarum modus parendum æri alieno svadeat. Ex hoc textu Juris Romani luculenter Tria illa requisita, de quibus hæctenus diximus, quæ concurrere debent, in alienatione vel Venditione Bonorum pupillarium vel Minorennum probari possunt, nempe Justa alienationis causa, Prætoris cognitio, & Decretum vel Permissio. Quibus Romani Legislatores summam Curam ac vigilantiam, quam pro salute & indemnitate Pupillorum & Minorum gesserunt, satis demonstrarunt. Quovis nempe modo præcavere & evitare jusserunt, distractionem Prædiorum vel aliarum rerum immobilium, & quamvis omnibus circumstantiis inspectis tandem etiam distractionem bonorum immobili-

l. 5. §. 9. & 10. ff. de Rebus eorum qui sub Tutela vel Cura sine decreto non alienandis.

Maxima Cura Romanorum pro salute & indemnitate Minorum & pupillorum.

C 2 lium



In ipsorum
Prædiorum
Minorum &
Pupillorum
distractio
cauté proce-
dendum l. 5. §.
10. ff. de Reb.
eor. qui sunt
Sub Tutel.

Ipso jure nulla
est alienatio
bonorum pu-
pillarium ci-
tra requisita
legis facta.

Not. 12.
Quest. Num
Subhastatio
præcisè requi-
ratur in alie-
natione Bono-
rum pupillari-
um vel Mino-
rum.
Pro Negat.

lium tolerarunt & concesserunt, in horum tamen alienatione etiam cautè & circumspectè versandum constituerunt. Eleganter hæc de re loquuntur verba J. Cti *Ulpiani* in l. 5. §. 10. *Idem Prætor æstimare debet, Utrum vendere potius an obligare permittat, nec non illud vigilanter observare, ne plus accipiatur sub obligatione, prædiorum fœnoris, quam quod opus sit ad solvendum æs alienum, aut distrabendum arbitrabitur, ne propter modicum æs alienum, magna possessio distrabatur, sed si sit alia possessio minor, vel minus utilior Pupillo, magis eam jubere distrabi, quam majorem & utiliore.* Et hæc dicta sufficiant de Requisitis in alienatione prædiorum, quæ ad Pupillos vel Minores pertinent, observandis, ex quibus si unicum deficiat, extra controversiam est, quod illa alienatio sive fiat à Pupillis vel Minoribus, sive à Tutoribus vel Curatoribus, ipso jure nulla sit, ut Dd. existiment, nec restitutione in integrum opus esse, nec eâ transferri dominium in Emptorem, & Minori vel Pupillo competere Rei vindicationem. *Vivian. Decis. 25. n. 11. lib. 1. Mastril. Decis. 121.*

Not. 12. *Questio nunc à Nobis vendilanda est: Num præter hæc tria jam enumerata requisita in alienatione bonorum immobilium, quæ Pupillorum vel Minorum sunt, necessario etiam adhibenda sit SUBHASTATIO. Ita quidem, ut illa omissa & neglecta, alienatio sit nulla? Non conveniunt inter sese Dd. & Interpretes Juris Civilis. Plerique negant, ideo quod in ante allegatis LL. expressè Subhastationis nulla fiat mentio neque in l. 5. §. 9. & 10. ff. de Reb. eorum, qui sunt sub Tutel. neque l. 12. C. de Præd. & aliis Rebus Minor. Itemque in l. 22. C. de administr. Tutor. vel auctoris vel venditionis necessitas cum reliquis tribus requisitis necessario adhibēdis nempe (1.) Justâ alienationis causa (2.) Exactâ causa illius cognitione & (3.) Decreto Jud. conjun-*
ga-

gatur. Et ita ad necessitatem alienationis ejusmodi non referunt Subhastationem de jure Communi, nisi ita sit conventum, in qua sententia etiam *Baldus* est: *Qui existimat vero simile non esse Legislatorem Romanum in l. 5. §. 9. & 10. ff. de Reb. eorum quæ sunt sub Tutel.* in qua accuratè omnia requisita recenset, quæ ad ejusmodi alienationem in bonis Pupillorum desiderantur, Subhastationem omisisse, si ea fuisset necessaria. Et proinde statuunt etiam Subhastationis omissionem non vitiare contractum. Et horum sententia & opinio videtur concordare cum *jure Canonico*, quo in alienatione bonorum immobilium Minorum non desideratur *Auctio*. *Mangil. de Subhast. quest. 27. n. 3. Simoncell. de Decret. lib. 1. Tit. n. 66. Roland consil. 99. n. 18. Post. de Subhast. Inspect. 3. n. 15.* *Jure Canonico* sufficit venditionem esse factam bona fide. *Gratian. disceptat for. c. 479. n. 13.* Sunt tamen non pauci *Juris Civilis* Interpretes, qui etiam SUBHASTATIONEM ad necessarium referunt requisitum in alienatione Bonorum, quæ Minorum vel Pupillorum sunt. Et hanc affirmativam etiam ex Textibus *Juris Civilis* defendunt: vel tueri conantur partim ex *l. 7. Ait Prætor §. 8. Questum est. ff. d. Minorib.* ubi licitationis sæpe sit mentio, imprimis vero ex *l. 3. & final. C. Si adversus Fiscum.* Cujus legis verba, cum non inanis ponderis sint, lubet apponere: *Edicto quidem D. Marci Res minorum exceptæ, nihil tuum adjuvant desiderium, si quidem debiti causa Patris Minoris, vel etiam ipsius prædia venundata quinquenni præscriptionis nullam admittunt questionem. Sed quoniam per collusionem sive fraudem tunc temporis Procuratoris nostri nimis exiguo pretio fundum tuum cum mancipiis venundatum asseveras, si aditus Rationalis noster tuis*

*Jure Canon.
non requiritur
Subhastatio.*

Pro Affirmat.

*l. 7. §. 8. ff. de
Minorib.*

*l. 3. & fin.
C. si adversus
Fiscum.*

Rationes pro
Affirmativa.

1.

2.

3.

4.

Ampliatio-
nes Affirma-
tiva.

adesse fidem allegationibus, nec NB. servata n. solemnitate
 HASTARUM animadvertit, fisco te satisfaciente, revoca-
 ta venditione fundum tibi restitui jubebit. Hisce Text. Ju-
 ris Civilis Dd. & Interpretes varias addunt rationes,
 quare nempe ad Requisita alienationis bonorum, quæ Mi-
 norum vel Pupillorum sunt, necessario referenda quo-
 que sit SUBHASTATIO. Quod (1) in omni alienatione,
 in quâ *Decretum* Judicis interponendum, etiam Subha-
 statio adhibenda (2) quod Subhastatio videatur aliquo mo-
 do pertinere ad justæ alienationis causæ cognitionem,
 utpote quod de vero pretio alicujus Rei vendendæ non
 melius constare possit quam adhibito Auctionis remedio
 (3) Argumento utuntur à simili, quod hoc medium ad-
 hibetur in venditione Rerum Ecclesiasticarum, item Fi-
 scalium, Ecclesia autem Fiscus & Minor paria habeant ju-
 ra, *Everhard. in loc. Top. à Fisco ad Minor. à Minor ad*
Fisc. à Pupill. ad Eccles. (4) Confirmatur hæc sententiâ ob-
 servantia & praxi Judiciorum Germaniæ præsertim Sa-
 xoniæ. Adde *Job. Philippi Tract. de Subhastat. cap. 2.*
Comm. 2. No. 36. & seqq. ubi Responso Scab. Lipsiens. illam
 opinionem corroborat. Et hæc sententia, qua asseri-
 tur necessitas solemnitatis hastæ in alienatione Bonorum
 Minorum vel Pupillorum variis modis extenditur & am-
 pliatur, quod nempe illa quoque requiratur in alienatio-
 ne annuorum reddituum, Bonorum Mobilium, Locatione per-
 petua, maxime vero ampliatur, quod non solum adhiben-
 da sit in alienatione Rerum allodialium, sed & Feuda-
 lium. *Carpzov. lib. 5. Resp. 72. n. 5.* Adde *Job. Philippi*
Tract. de Subhast. cap. 7. com. 2. n. 38. & seqq. ubi præjudi-
 eiis variis Lipsiensium & Jenensium hanc necessitatem
 deducit. Porro ampliatur sententia affirmantium sive
 alie-

alienatio suscipiatur à Minore vel Pupillo, sive Tutore & Curatore, sive ab ipso Judice. Dum lex nullibi distinguit, nec refert, quamvis Mater Tutelæ officio fungatur, cum & ipsa finita tutelâ nec à confectione Inventarii, nec ratione reddenda immunis sit, alias ampliationes vide passim apud Dd. quos consuluit & allegavit prolixè Dn. *Philippi d. Tract. cap. 2. com. 2.* Quemadmodum vero nulla Regula, nulla assertio Juris, tam firma est, quæ non suas admittat limitationes ac declarationes, ita in hac quoque antea propositâ Quæstione contingit, ut quamvis communiter asseratur Subhastationem in alienatione Bonorum Minorum adeò necessariam, ut illa posthabita & neglecta tota alienationis vis & substantia corruat, illa tamen opinio variis in casibus limitetur ac declaretur, quos ipsi suppeditant affirmativæ sententiæ assertores. *Ludovic. Postius Tract. de Subhastat. Inspect. 4. n. 15. & seqq.* Tredecim enumerat. Alii plures Principales hæ potissimum esse videntur (1) in terris quibus Jus Canonicum prævalet, quo sufficit bona fide factam fuisse alienationem (2) similis est casus si consuetudine vel statuto aliud receptum (3) si Minor à majore cohærede ad divisionem hæreditatis provocetur. Vide late *Philippi de Subhast. cap. 2. com. 2.* (4) Si Minor & Major concurrant, & subhastatio fiat sine decreto vel Subhastatione, invalida est saltem ratione Minoris (5) Quamvis regulariter ipso jure nulla sit alienatio bonorum Minorum sine Subhastatione, valet tamen & subsistit si Pupillus vel Minor Major factus illâ rati habuerit, nec liberatur Emptor ob prætextum omissæ Subhastationis contra proprium factum *Sande Decis. lib. 2. Tit 9.* Alias quamplurimas Declarationes recenset *Postius Inspect. 4. n. 20. & seqq.*

Limitationes
& declarationes
varie.

1.

2.

3.

4.

5.

Not.



Not. 13.
 Varia alia
 species Neces-
 saria SUB-
 HASTATIO-
 NIS.

V.
 Necessaria
 Subhastatio,
 potissimum
 adhibenda in
 Venditione
 Bonorum De-
 bitoris per
 Sententiam
 condemnati.
 Distractio
 Pignoris vel
 Conventiona-
 lis vel Præto-
 rii vel judi-
 cialis solennis
 esse debet &
 auctoritate
 Judiciali fiat.
 prævia Sub-
 hastatione.

Not. 13. Vidimus hactenus varias species Neces-
 saria SUBHASTATIONIS, quomodo illa sibi locum ven-
 dicet (1) in venditione *Rerum Ecclesiasticarum & piarum*,
 (2) *Fiscalium* (3) *Universitatum*, (4) *Minorum & Pupillo-*
rum. Referunt Dd. ad illas & varias alias, quod nem-
 pe necessario quoque adhibenda sit solennis Subhastatio
 in *venditione bonorum pro executione ultime voluntatis*,
 ad effectum erogandi legata & dandum pretium justum
 pauperibus. *l. 1. C. quan. dec. opis non est*, item in *vendi-*
tionem bonorum Absentium, Porro in *Divisionibus faciendis*
ubi res dividenda, Domus, Ager &c. non potest dividi: vel
commodam divisionem pati: Et quando Creditor vel So-
 cius est pauper, neque habeat pecuniam quam offerre
 possit. De quibus prolixè videri potest *Postius in Tract.*
de Subhast. Inspect. 5. 6. 8. Cæterum nos missis his Ne-
 cessaria SUBHASTATIONIS speciebus aliis, de illa adhuc
 dicemus, de qua proprie nostra loquitur CONSTITUTIO
 XXXII. quæ illa est, quando Debitoris Bona, qui per sen-
 tentiam ad solvendum est condemnatus, & aliunde non
 habeat, ut solvat, Creditori vel Creditoribus sunt loco so-
 lutionis adjudicanda vel cedenda. Quando nempe a-
 gitur de venditione pignoris & hypothecæ, vel illorum
 bonorum, in quibus facta est Executio. Uti enim om-
 nis executio præsupponit aliquod pignus Creditoris
 vel conventionale, vel judiciale Prætorium, ita ipsa Execu-
 tio & distractio pignoris propria auctoritate fieri non de-
 bet, sed judiciali & præviâ Subhastatione, præsertim si in
 bonis debitoris plures concurrant Creditores. Ut ap-
 pareat de bonorum distrahendorum justo pretio. Et
 hæc Venditio pignoris quæ sub solenni hastâ fit, dicitur fie-
 ri bonâ fide *l. 9. C. de distrac. pign.* Videtur nempe Subha-
 statio

DE SUBHASTATIONE.

statio in Venditione Pignoris vel Conventionalis, vel Praetorii, vel Judicialis ideo necessaria, quia tum in favorem vergit Debitoris, quam Creditoris, ne illē ex viiori taxatione laedatur, hic autem Rei pignoratæ Emptorem facilius inveniatur. Coler. de Process. Execut. part. 3. c. 9. n. 107. tum ut justum rei pretium exploretur, & denique ut fraudes circa Venditiones pignorum evitentur, quæ frequentes sunt, si privatis concedatur licentia pignoris distrahendi; In hac etenim solenni sub hasta Venditionem magis videtur contrahi cum Judice, quam privato Venditore, in quo cessat doli & fraudis suspicio. Et pignorum quidem distractio non solum jure Communi jam cognita fuit, sed tamen jure Provinciali multis aucta & mutata præsertim jure Saxonico, testante præsentinostrâ Constit. 32. & Ord. Proc. tit. 39. Inter Juris Civilis Textus, quibus subhastatio vel auctio distractionem pignorum, vel prætoriorum, vel conventionalium præcedere debet, celebres sunt imprimis l. 3. C. de Execut. Rei jud. tot. tit. C. de Fide & Jure hast. fiscal. l. 16. C. de Rescind. Vendit. l. ult. C. de jure domini impetr. l. 24. ff. de Pign. act. Nos misis his, potius dicemus jam ductu nostræ CONSTITUT. & aliarum Constit. Saxon. Novell. de MODO & ORDINE ex præscripto Juris Saxonici in SUBHASTATIONIBUS observando.

Not. 14. Cum SUBHASTATIO Bonorum Debitoris aliquo modo conjuncta sit cum macula vel ignominia quadam, utpote quod illa ad Instantiam Creditorum ipso quoque invito & frustra sæpe renitente & contradicente Debitore à Judice suscipiatur & lege publica ita decernente & jubente peragatur, ad illam nimium properandum non est; Sed necesse est, ut ordinario vel Executivo Processu Debitor ad Debiti solutionem sit condemnatus, vel confessus, vel convictus. Item ut Sententia illa condemnato-

D ria

Vergit Subhastatio, non solum in favorem Debitoris sed & Creditoris.

Pignorum distractio solennis sub hasta jam Jure Civili fundata.

Jure Saxonico multis aucta & immutata.

Not. 14. Ad Subhastationem Bonorum Debitoris properandum non est, nisi finito Processu & Executione ordine facta.



ria transferit in Rem judicatam, ut Debitor neque ipsemet vel aliunde habeat, quantum ad satisfactionem & solutionem necesse est, in summa, ut omnia adhibita sint remedia Juris, quæ Executionem Rei judicatae impedire possunt, & ut ipsa Executio Rei judicatae legitime fiat & secundum *Modum ac Ordinem* vel lege communi, vel provinciali & cujusque judicii propriâ determinatum. Et cum de Executione REI JUDICATAE in præcedenti DISSERTATIONE X. à Nobis jam prolixè dictum sit, jam de ipsis solennitatibus SUBHASTATIONIS, quatenus præsertim in nostrâ Constitutione delineantur, dicendū paucis adhuc est.

Not. 15.
Solennitates
Subhastationis
precisè
observandæ.

Auctoritas
Magistratus
intervenire
debet in
Subhastatione
tam
Necessaria
quàm
Voluntaria.

Creditor
propria
auctoritate
bona
Debitoris
distrahens
furti
tenetur.

Not. 15. *Solennitates Subhastationis* quamvis pro Reip. varietate varient, illæ tamen, quæ vel lege judicii, vel observantiâ introductæ & receptæ semel sunt, strictè & præcisè sunt observandæ, sive *Voluntaria* sit Subhastatio, de quâ jam antea dictum, sive sit *Necessaria*, cujus varias species hactenus recensuimus. In utraq; intervenire debet Auctoritas Magistratus, Ordinarii nempe & competentis. Et si talis sit Subhastatio, quæ adhibetur in Executione Rei judicatae, de quâ præcipuè hæc Constitutio nostra loquitur, Ille quoque competens est Judex in Executione & Subhastatione, qui sententiam tulit: quamvis & delegato Executio committi possit, de quâ re in Disp. 10. plura. Apud Romanos vel *Prefecto Prætorii*, vel *Præsidi Provinciae*, vel certis Magistratibus specialiter *subhastationis & licitationis Actus* ejusque directio commissa fuit, ut docent variæ LL. impr. l. 2. C. si prop. publ. pensit vendit. fac. celebr. l. 2. §. 29. ff. d. O. J. Creditor enim bona judicati distrahere sub poena furti & vis bonorum raptorum propriâ auctoritate prohibebatur. l. 6. ff. d. Re. jud. excepto conventionali pignore, quod certo modo distrahere licet ad præviam denunciationem, l. 4. §. 9. C. d. distract. pign. Not. 16.

DE SUBHASTATIONE.

Not. 16. Cum verò præsens hæc Constitutio XXXII. uti dictum, præcipuè agat de Distr actione Bonorum Debitoris pro Satisfactione Creditorum, quæ Creditori oppignorata, vel alio modo obligata sunt, hæc distractio præsupponit potissimum hæc seqq. (1.) Ut Debitor solenni processu sit ad solutionem condemnatus per sententiam ob verba initialia: Wann auff vorgehenden Proces und Urthel. (2.) Vel ut judicialiter sit Confessus & illam confessionem vel recognitionem Creditor & Judex approbaverunt in *Verb. Constit.* Oder gestandene richtige Schuld. (3.) Ut illa sententia transierit in rem judicatam de qua plura diximus in Executione rei judicatæ *Disput.* 10. (4.) Ut Debitori sub pœna Executionis solutio intra Terminum Saxonicum injuncta fuerit. In verbis: Wann dem Schuldener die Zahlung aufferleget/ oder in Verbleibung dessen die Hülffe ernandt und angesetzt worden / dazu ihm denn Sächsische Frist gegeben werden sol. (5.) Ut Debitor intra tempus præfixum non solverit in verb. Und es thut mitler Zeit der Schuldner seinen Gläubigern keine Bezahlung. (6.) Ut Judex jam Creditorem immiserit & actum Executionis perfecerit. In verb. So sol der Richter nach beschehener Hülffe das verholffene Gut in der Gemeine und auff den Marckt durch den Frohn Boten feil bieten und subhastiren lassen. Et ita subhastatio executionem sequatur, non præcedat.

Not. 17. Hisce tamen preparatoriis Subhastationis opus non est, nisi in illa specie, quæ fit in Executione Rei judicatæ pro satisfactione Creditorum. In *Voluntaria* enim *subhastatione* sufficere videtur, si Venditor voluntatem suam judici declaret, ejusque autoritatem imploret in-

Not. 16.
Varia Requisita subhastationis pignoria pro satisfactione Creditoris.

1. Debitor sit ad solutionem debiti condemnatus.
2. Vel Confessus.
3. Sententia transire debet in rem judicatam.
4. Solutio injuncta sit sub pœna executionis.
5. Ut Debitor non solverit intra Terminum.
6. Præcedat Executio & immisio.

Not. 17.
In quibus subhastationibus preparatoriis opus non sit.

D. 2

ter-



terponi, ut illæ Res, quas distrahere cupit, sub publicâ Præconis voce, & in publico loco more solenni proclamantur, ac auctioni & licitationi publicæ exponantur. Quæ subhastatio cum non invito Domino fiat, nihil probri vel ignominiaæ secum trahit; & ad instantiam fit unius partis. Cui similis illa est, quæ fit ad explorandum solum justum Rei vendendæ pretium, de quâ specie etiam supra diximus. In reliquis vero antea allegatis speciebus necessaria subhastationis sufficere videtur solius iudicis cognitio & Autoritas, ut nempe ille præviâ causæ cognitione decernat, vel in distrahendis bonis immobilibus Minorum, vel Ecclesiarum, vel Universitatum, vel Fiscalium solennitatem hæc consueti modo adhiberi.

Not. 18.
Subhastatio
locum non ha-
bet in Actio-
nibus Realibus
in quibus res
incontinenti
Domino resti-
tuenda de jure
civilis, Saxoni-
co intra 14. di-
es.

In Personali-
bus Actionibus
Subhastatio
locum habet.

Not. 18. Sed revertimur ad illam speciem subhastationis, quæ fit in distractione Bonorum Debitoris pro satisfactione Creditorum. Quibus præparatoriis opus, sit jam diximus Not. 16. Deveniendum jam est ad ipsas subhastationis solennitates, Et hic imprimis notandum est, quod illa Subhastatio saltem locum habeat in Actionibus Personalibus. Non vero Realibus. In his etenim de jure Civili statim res est restituenda, excepto casu si Reus incontinenti restituere nequeat, de qua re diximus in Prac. dissert. X. Et vigore nostræ Constitutionis in Actione reali v. c. Rei vindicatione dantur 14. dies ad rem restituendam: ob verba finalia nostræ Constitut. Wann aber auff Klagen so dinglich sind / die Hülffe gesucht würde / so sol der Richter den Gläubiger zu dem erklagten Gut in vierzehnen Tagen / nach deme das Urthel seine Krafft erreicher / verhelffen. In Personalibus verò da einer eine Schuld aus klaget / De jure civili ad solvendum conceditur spatium quadrimestre de quâ re jam diximus

DE SUBHASTATIONE

ximus *Dissert. X. De Jure autem Saxonico spatium Saxo-
nicum 6. Septimanarum & 3. dierum.* Ob verba nostræ
Constit. Dazu ihm denn Sächsische Frist gegeben wer-
den soll. Contra in Realibus aufert judex etiam manu mi-
litari rem Possessori & Reo ad restitutionem condemna-
to, eamque restituit Victori & Actori etiam citra Subha-
stationis solennitatem. In Personalibus verò Executio
solenni immisionis ritu fit in bona Debitoris ut antea di-
ctum, & si Immissus non solvat ad subhastationem proce-
dit Judex ad Instantiam Creditorum. Quæ tamen Sub-
hastatio, ut dictum antea, præsupponit Executionem rei
judicatæ legitimè, & debito Ordine esse factam, prout
diximus in *Dissert. X.* Stricte nempe in his rebus Ordo so-
lennis observandus. Primo Termino fit Realis executio
in bonis debitoris. Quæ fit externo quodam signo, vel as-
sumptione alicujus rei mobilis vel scissurâ ligni, vel terræ.
Wenn ein Spahn oder Rasen außgeschnitten wird/
Quæ Executio pro tali habetur, si Debitor illam citra has
solennitates factam agnoscat. Secundo termino ipsa fit
Immissio Creditoris in pignus ejusmodi judiciale. Et si
tertio Termino Saxonico non consequatur solutio, ad sub-
hastationem pervenitur. Et hic ordo non originem tra-
xit ex Dispositione legis expressâ, sed consuetudine magis Ju-
diciorum Saxonorum *Mollerus ad h. Const. 32. n. 9. Coler.
de Process. Execut. part. 1. c. 10. n. 109.* Tertius tamen Ter-
minus coarctatus esse videtur in *Decis. Elect. Nov. JOH.
GEORG. II. tit. Von Justitien Sachen / §. 6.* his verbis :
Wann es nun zum sechsten zur Hülffe gelanget / sol der
Executor sich præcisè nach unserer Landes Constitution
und Gerichts-Ordnung ic. achten / ic. Auch nach er-
folg-

*Jure Saxoni-
co in Personal.
ad solvendum
conceditur
Terminus Sa-
xonicus.*

*Certi Termi-
ni in Execu-
tione Rei ju-
dicata obser-
vandi.*

(1).
*Termino fit
Executio Rea-
lis die Hülffe.
Secundo
Termino.
Immissio.
Tertio Sub-
hastatio.*

*Decis. Elect.
Nov.
Tit. von Ju-
stitien Sa-
chen, §. 6.*



folgte Hülffe und Immissio zum längsten binnen 14. Tage zur Subhastation den Anfang machen. Et hi quidem Termini Executionis, Immissionis, & Subhastationis invito Debitore neque negligi, nec contrahi possunt, neque à Judice, neque Creditore, ne Debitori spatium dilationis indultum lege vel consuetudine inique auferatur. *Carpz. part. 1. Const. 32. def. 5.* Ordo nempe sine vitio nullitatis turbandus non est, nec uno Termino Executio, Immissio & Subhastatio peragenda. Quod limitant, si ipse Debitor consentiat, ut uno Termino tres illi actus peragantur & Executionis & Immissionis vel obligaverit sese ad id ipsum, quam utramque limitationem præjudiciis confirmat *Job. Philippi de Subhast. cap. 2. com. 11.*

Not 19
Tres solennitates Subhastationis Juris Saxonici.
(1). Proscriptio.
(2). Licitatio.
(3). Adjudicatio.
Circa Solennitates Subhastationis, cujusvis loci statuta & consuetudines attendantur quibus neglectis Subhastatio nulla est.

Not. 19. Sed ut propius accedamus ad SOLENNITATES SUBHASTATIONIS jure potissimum Saxónico præscriptas vel usu fori & observantiâ Judicii receptas, illæ secundum nostram CONSTIT. XXXII. videntur TRIBUS quasi ACTIBUS distinctis Judicialibus absolvi (1). PROSCRIPTIONE (2) AUCTIONE & Licitatione vel etiam Adjectione (3) ADJUDICATIONE vel ADDITIONE. Fatentur nempe Dd. & Interpretes Juris Civilis ipsimet, quod *Solennitates Subhastationis* variant pro cujusque Regionis statuto, consuetudine, & Stylo loci, & quod omnia, quæ ad formam Licitationum pertinent, posita sint in consuetudine, unde & variant formulæ & aliæ actiones judiciales, quæ tamen omnes tendunt ad eundem finem & effectum, & ita cujusque loci statuta & consuetudines præcisè observentur, necesse est, ne locus detur Fraudibus, tam ratione temporis, quam loci, formularum & aliarum circumstantiarum, quibus neglectis Totus vel
sub-

DE SUBHASTATIONE.

Subhastationis, vel Licitationis actus irritus fit & nullus. Et emptor tanquam possessor malæ fidei restituere debet res emptas cum fructibus perceptis & percipiendis. Statuta enim loci Juri communi semper sunt præferenda, ita ut si vel minima statuti forma non observata sit, Dominium & possessio non transferatur in Emptorem, quam assertionem prolixis argumentis deducit Ludov. Postius Tractat. de Subhastat. Inspect. 24. per Tot. ubi specialiter Curie Romanæ, Bononiensis, Perusinae & aliarum singulares circa Subhastationis solennitatem & formam observantias ac consuetudines recenset. Quæ cum ita sint, non alienum erit à proposito nostro, illias saltem attingere Subhastationis solennitates, quæ in Judiciis Saxonis, vel lege publicâ, vel consuetudine & observantia introducta & recepta sunt.

Not. 20. Inter Solennitates Subhastationis procul dubio tam jure communi, quam Saxonico primus Actus est PROSCRIPTIO Mentio fit hujus Proscriptionis in l. 6. C. de Fid. & Jur. hast. fisca. His verbis: *si qui proscribente ac distrabente Fisco Debitorum fiscalium emerint Facultates, pro earum rerum tantum pretio obnoxii sint, quas eos patuerit decussis hastis & proscriptione habita comparasse.* Differt hæc Proscriptio ab ipsâ Subhastatione, vel venditione sub hastâ, tanquam pars à toto, dum est actus quasi primus, quo venditio sub hastâ vel Subhastatio inchoatur & Res venalis publice ad emendum proponitur & exponitur. Quam alii actus adhuc sequantur, necessum est, nempe Licitatio, adjectio, & adjudicatio, antequam Subhastatio plenè facta esse creditur. Proscribere nempe nihil aliud est, quam vel per scripturam publicam, vel Præconis vocem Rem

Not. 20.
Proscriptio
primus Actus
Subhastationis
l. 6. d. Fid.
& Jur. hast.
Fisc.

Proscribere
quid.



*Proscribere
proprie est pu-
blica scriptu-
câ notum fa-
rere omnibus.*

*Ex consuetu-
dine etiam
proscribi di-
cuntur Res
voce publicâ
Præconis.
Consuetudo
Judicii varia.*

Rem aliquam, vel mobilem, vel immobilem venalem proponere & publicare, seu ad cuiusvis notitiam publicam transferre, ut tanto plures ad futuram auctionem accederent, Germanice dicitur *öffentlich feil biethen/ auß- ruffen/ verganten*. Hujus *Proscriptionis Ser. Legis. August.* mentionem facit in nostrâ *Constitut 32*. His verbis: *So soll der Richter nach geschehener Hülffe / das verhol- fene Gut in der Gemeine und auf den Marckt durch den Frohuboten feil bieten und subhastiren lassen*. Notandum tamen hic circa Vocabulum *Proscribere*, vel *PRO- Scriptionis* est, quod illis ipsis proprie apud Latinos denotetur ille actus, quo aliquid publicâ scriptura in loco publico significatur, & ad notitiam publicam redigitur. Sic *Proscribi* proprie dicitur Res, quæ ex publico loco pu- blico programme venalis & omnium quasi licitationi & auctioni exponitur. Cujus venditionis mentio fit. *in l. 13. §. 6. ff. de Act. Empt.* Mos etenim fuit Præcis Ro- manis in celebrioribus Civitatis locis libellos affigere de fu- turâ auctione, ut ad illam plures licitatores & Emptores concurrerent. Quâ de re *Brissonius* consuli potest. Post- modum Res etiam ex consuetudine *Proscribi* dicta fuit, quæ publice vel Præconis, vel alterius cujuscumque Mini- stri judicialis voce & proclamante sub hasta venalis expo- sita. Uterque enim modus ad eundem finem tendit. Et pro consuetudine vel stylo cujusque judicii Res sub hastâ venales exponi solent vel publicâ voce Præconis, vel publica Scriptura, programme. Es werden die Gü- ter entweder öffentlich durch den Frohuboten außge- ruffen / oder durch ein Patent und öffentlichen An- schlag feil gebothen und subhastiret. Variant hac in re
Ri-

DE SUBHASTATIONE.

Ritus Provinciarum & Civitatum. *Renat. Choppin. Tract. de Morib. Parisio. lib. 3. cap. 4.* Testatur Lutetia Parisiorum Subhastationes vel *Cridas* Immobilium affigi per programma publicum foribus Ecclesiae Parochialis, cujus finibus illa continentur. Mobilium ad valvas Curialis templi, in quo defunctus sacra audire consuevit. In nonnullis locis Judicis arbitrio & directioni committitur, num per praconium, vel Proclama Praconis, vel Nuntii publici, vel per Programma, velit Res subhastare. Et testatur *Sigon. de Antiquit. Jur. Civ. Rom. lib. 1. c. 12. & 17.* In nonnullis locis externa signa in Subhastatione adhiberi, clangorem nempe *Cornu, buccina, Campana, Tuba.* Uti memini me vidisse Lugduni Batavorum, cum ibi studiorum & peregrinationis causa degerem. In Electoratu & Provinciis Saxonis uterq; modus videtur esse receptus, partim ille, qui fit publicam praconis voce, durch den *Strohbothen* / partim ille, qui fit *scriptura & programme* publico affixo. Quinimo in nonnullis Saxoniae locis non infrequens est, praesertim in pagis, ut tales Subhastationes praelegantur finita concione a Sacerdote e suggestu, uti testatur *Matt. Colerus de Process. Execut. part. 3. c. 9. n. 10.* non obstante, quod Diebus Dominicis & feriatis vox horrida Praconis filescere jubeatur. Adde *Johan. Philippi de Subhastat. cap. 1. Com. 4.* Qui ideo hunc ritum cum Colero & aliis tolerandum excusat, quod Rustici non nisi in diebus festis vel Dominicis congregari soleant, vel in Templis, vel Tabernis Vinariis & Cerevisiariis. Quae ratio consuetudinem ab irrationabilitate in foro Ecclesiastico vix excusabit in totum, & magis toleratur per conniventiam, quam expressè approbatur. Quicquid sit, praeponderat in his solennitatibus recepta cujusque loci consuetudo, quae

Consuetudo Galliae & Lutetiae Parisiorum,

Judicis directioni & arbitrio res illa commissa Externa signa & Clangor tubae, buccinae, cornu.

In Electoratu Saxoniae Subhastationes partim fiunt voce Praconis, partim etiam Programme publico.

Aequipollet Subhastationi quae fit voce Praconis, illa quae fit in pagis ex suggestu.

Consuetudo loci pro lege habenda.

E sine



*Bona allodia-
lia per Praeco-
nem Feudalia
per Program-
ma Subhastan-
tia in tribus
diversis locis.*

*Resolut. Grav.
Tit. von Ju-
stitien Sa-
chen/S. 6.*

*Bona Feuda-
lia aliam desi-
derant subha-
stationis for-
mam quam
Allodialia.*

sine vitio nullitatis omitti nequit. *Damboud. de Subhast. cap. 3. n. 2. Moller. ad Constit. Elect. 15. n. 7. part 2.* Con-
suetudo nempe est optima Legum interpret. Prout nem-
pe causæ & res sunt, quæ Subhastandæ sunt, ita quoque
variant solennitates. Et jure quidem Saxonico si allodia-
les Res vel Bona Allodialia & mere hæreditaria subha-
standa sunt, sufficit, si illa per Praeconem in loco publico
proclamentur, sed si Feudalia sint, res secus se habet, illa
enim in Tribus proximis civitatibus Conventuum Pro-
vincialium. In dreym nächsten Städten des engern
und weitem Ausschusses diesen Lande. Affigenda ita
nempe disposuit *Ser. Elect. Job. Georg. II. in Resolut. Grav. de
A. 1661. Tit. Von Justitien Sachen §. 6.* His verbis:
Dabey denn nicht eben von nöthen, daß die Subhastation der
Ritter Güter in dreym außwärtigen Herrschafften geschehe/
sondern es sol in Krafft dieses genug seyn / Wenn solche in
denen nächsten Städten des engern und weitem Ausschus dieser
Lande durch öffentlichen Anschlag subhastiret / und so dann
hierüber richtiger Schein ad acta gebracht werden / iedoch ist
solches anders nicht als von denen Ritter - Gütern zu ver-
stehen / denn wegen der Erbund / Bauer Güter bleibet es
bey der neuen Gerichts - Ordnung billich. Ex hoc
Textu patet differentia solennitatis subhastandi & proscri-
bendi in bonis *Feudalibus, & Allodialibus.* Hæc enim com-
muniter secundum hanc nostram *Constit. & Ordin. Proc.
tit. 39. §. 11.* So soll man / in loco, ubi bona sita sunt, & à
Magistratu competenti publico in foro per praconem ve-
nalia exponuntur & subhastantur. Werden in der Ge-
meine und auff dem Marckte durch den Frohnbothen
feil

DE SUBHASTATIONE.

feil gebothen und subhastiret. Illa vero Feudalia, per publicum programma affixum in tribus proximis civitatibus. Voluit nempe hac Decisione Novellâ Ser. Elect. & Legislator illud dubium remove & decidere, quod ante hac movebatur inter JCtos Saxonicos, ex quibus nonnulli putabant Bona Feudalia subhastanda esse non solum in Tribus diversis locis, sed & Tribus diversis Territoriis Diversorum Dominorû, id quod alias fieri solet in Citationibus Edictalibus vel in Criminalibus, vel etiam Matrimonialibus, *In dreyer Herren Lande*/Hanc prolixitatem & difficultatem non parum sumptuosam evitare voluit Ser. Elector & sufficere decrevit, si in Tribus diversis saltem Civitatibus in Electoratu Bona Feudalia publico programma subhastentur. Numerus tamen horum trium locorum tam præcisè observandus, ut si in duobus saltem fiat subhastatio, actus ipso jure sit nullus & invalidus. Quod præjudicio Scabinat. Elect. Lips. confirmat *Philippi de Subhast. cap. 1. comm. 4. n. 43.* Sed ut revertamur ad *Proscriptionem* nostram communem bonorum Allodialium, *Auff das allgemeine feil bieten und außruffen der Güter.* Varia adhuc requisita hujus proscriptionis faciunt Dd. (1.) ut fiat sermone Patrio & vulgari, secundum stylum judicii. (2.) à Magistratu competenti, ejusque auctoritate. In Venditione enim sub hastâ dicitur Emptor contrahere cum Magistratu, & quod mediante Subhastatione sit, judicialiter fieri dicitur, à quo omnis fraudis suspicio merito exulare debet. *Moller. ad hanc Const. 32. Carpzov. ibid. def. 35.* (3.) Celebranda est in loco publico ob verba *in der Gemeine und auff dem Markte.* Non privato vel clandestino. Cujusque loci consuetudo hic iterum at-

Non in Tribus diversis Territoriis sed locis Electoratus Feuda subhastanda sunt.

Numerus trium locorum sine vitio nullitatis omitti nequit.

Requisita Proscriptionis.

- Fiat*
- (1.)*
- Sermone vulgari.*
- (2.)*
- Autoritate Magistratus.*
- (3.)*
- In loco publico.*



(4.)
Die Nefasto
vel non feria-
to.

Quid per fo-
rum Markt/
vel locum pu-
blicum intelli-
gatur.

(5.)
Locus indican-
dus licitationis
vel offerendi
pretium.

(6.)
Proscriptio re-
petenda vel
sepius.

tendenda. Sufficit si fiat in loco solito & consveto. Quod si vero Subhastatio fiat scripto vel programme, illud solet affigi foribus Curia vel in pagis Templi. *Post de Subhast. Inspect. 29. n. 40.* (4.) Ratione *Temporis*, ut plurimum Subhastationes exercendae sunt, ut alii actus judiciales, diebus nefastis, cum Vox Praeconis silere jubeatur diebus dominicis & feriatis *l. ult. C. de feriis*. Unde nonnulli verba nostrae Constitutionis, *In der Gemeinde/ und auff dem Markte* / non solum extendunt ad forum, vel locum publicum, ubi cives mercaturae gratia congregari solent, sed per tempus Mercatus intelligunt Nundinas ad minimum hebdomales. *In den Wochen Märkten* / quae variant pro cujusque loci consvetudine. Caterum non arbitror per verbum *Auffm Markte* / hic praecise intelligi Nundinas, sed sufficit si in foro vel consveto fiant loco publico. In pagis tamen diebus etiam dominicis praelegi subhastationes in templo, antea diximus. Non dubium est, ibidem etiam diebus feriatis programmata Subhastationis affigi posse, ut ad notitiam eo melius omnium perveniat subhastatio. (5.) Requiritur porrò Dd. ad *Proscriptionem*, ut in illa exprimat locus in quo Emptor licitare vel pretium offerre possit, vel debeat. *Coler. de Process. Execut. par. 3. cap. 9. n. 100.* (6.) Imprimis verò *Proscriptionis* necessarium Requisitum est, ut illa saepius repetatur & aliquot vicibus, ut liberius & commodius Licitatores plures inveniantur, pro cujusque iterum loci consvetudine. Et cum numerus Ternarius sit perfectus, ille potissimum receptus passim videtur fuisse etiam Romae & apud alios Italos teste *Ludov. Post Inspect. 30. n. 61.* Leges Romanae certum numerum haud determinant, repetitionem tamen requirunt *l. 3. C. de*

DE SUBHASTATIONE.

de execut. Rei jud. l. si tempora C. de Fid. & jur. bast. fisc.
 Jus Saxonicum hâc in re perspicuum est, & expressis verbis
 jubet proscribi & proclamari res in subhastatione, *in Ord.*
Proc. tit. 39. §. 11. So sol man diese Ordnung halten/das
 man erstlichen nach beschehener Hülffe das verholffene
 Gut in der Gemeine / und auff dem Marckte durch
 die Frohbothen subhastire / und von vierzehnen Tagen
 zu vierzehnen Tagen drey mahl feil biete. Et hæc repe-
 titio ternaria locum habet tam in Subhastatione rerum
 Mobilium,quam immobilium. Et toties repetenda est,
 quoties fit nova licitatio, & novum offertur re adhuc in-
 teგრâ pretium. Cujusque tamen judicii stylus hic iterum
 attendi jubetur. *Mangil. de subhast. quest. 165. n. 1. (7.)* Cer-
 tum etiam Tempus determinatum est jure Civili, per quod
 Res venalis hastæ debet esse exposita nempe 20. dierum.
 præsertim si Res sit Ecclesiæ, vel piarum causarum. *Authent. hoc jus C. d. SS. Eccles.* Quamvis & illud tempus pro-
 rogari possit non vero minui, in reliquis rebus Privato-
 rum hoc tempus Arbitrio Judicis determinandum cen-
 sent Dd. quos cumulat *Philippi in cap. 3. Com. 2. n. 31.* Jure
 Saxonico Electorali ratione Temporis, per quod durare
 debet Subhastatio vel proscriptio, itidem res hæc expedi-
 ta, & lege publicâ definita est. Nempe per tres quaterde-
 nas. Von vierzehnen Tagen zu vierzehnen Tagen drey-
 mahl / Verba nostræ Constitutionis XXXII. hæc sunt:
 Findet sich aber nach beschehener Feilbietung kein
 Rauffmann / so sol das verholffene Gut NB. Nach ver-
 lauffung dreyer vierzehnen Tage / durch die Gerich-
 te / etc. Idem claris verbis disponitur in *Ord. Process. tit. 39.*

Jure Saxonico Subhastationis Proscriptio tribus vicibus repetenda Ord. Proc. Tit. 39.

Tempus per quod Res venalis subhastare debet jure civili est 20. dierum.

Jure Saxonico Subhastatio durare debet per 3. Quaterdenas drey mal von 14. Tagen zu 14. Tagen.

Es §. 11.



Ord. Proc.
Tit. 39.

Tempus Trium
Quaterdenarum neqz
extendi à
Judice neqve
minui potest
cum spectet
ad formam
essentialem.

Quid Juris si
dies Procla-
mationis in
Diem festum
incidat.

§. 11. So sol man diese Ordnung halten / daß man erst-
lichen nach beschehener Hülffe das verholffene Gut in
der Gemeine und auff dem Marckt durch den Frohn-
bothen subhastiren / und von vierzehnen Tagen zu
vierzehnen Tagen drey-mahl feil bieten. Siebt
sich dann ein Kauffer an / und setzt ein Geld dar-
auff / sol man dasselbe wiederumb drey-mahl auß-
ruffen / & in §. seqv. 12. hæc repetuntur verba : Fer-
ner zu feilen Kauff dreyer vierzehnen Tage nach ein-
ander öffendlich verkündiget. Quæ verba desumpta
videntur aus dem Torgauischen Ausschreiben de Ao.
1583. Tit. von feil bieten / Subhastation dieweil aber. Et
hoc Tempus maxime ad formam essentialem & ipsam
Substantiam Subhastationis & proscriptionis spectat, ut
illo neglecto, actus ipse nullus sit & irritus *arg. l. 1. C. de
Fid. & Jur. bast. fisc.* Neqve illud Tempus à Judice vel
anticipari potest, præsertim si Debitor & Creditores dis-
sentiant. Et quod Judici non liceat hanc formam es-
sentialem Subhastationis mutare & Tempus illud Trium
Quaterdenarum vel extendere, vel minuere, variis præju-
diciis confirmat *Philippi. Tract. de Subbast. cap. 3. Com. 2.
n. 55. & seqq.* Ubi hæc sententia adeo ampliatur, ut si forte
Tertia Quaterdena incidat in diem Festum, quo publice
proclamatio in foro iterari neqvit, tota Subhastatio ab o-
vo sit repetenda. Attestatur tamen ibidem observan-
tia Prætorii Lipsiensis bey denen Stadgerichten recep-
tum esse, ut Terminus aliquis præconizationis vel pro-
clamationis in diem Festum incidat, ille differatur ad
diem Saturni proximè sequentem, qui nundinis hebdoma-
libus Lipsiensibus imprimis est dicatus. Qualem obser-
van.

DE SUBHAURATIONE.

vantiam approbant & *Dd. alii Damboud Postius &c.* quamvis illam stricti juris esse affirmant alii. Et manet alias regulariter tanquam immotum principium legis, quod Judici non permissum sit tempus Subhaurationis lege determinatum vel coarctare, vel prorogare sine vitio nullitatis. Ne latum enim unquam à formà Rei est recedendum. Tempus nempe *Subhaurationis* procul dubio *Continuum* est, & currit de *Memento* in momentum: Unde fideliter Actis inferendum est, ut videri possit, an aliqua interruptio hujus Temporis facta. Quæ tamen hætenus dicta sunt de Tempore *Trium Quaterdenarum* præcisè observando, intelligenda sunt de illis Judiciis, in quibus viget Saxonicum jus, quod si enim aliis in Provinciis aliud consuetudine introductum, illi omnino acquiescendum. Nonnullis enim in locis videmus angustis admodum spatiis & intervalis Subhaurationis Tempus includi, dum saltem illa durat donec *Candela ardens* non extingvatur. Similis fere casus invenitur in Jure Canonico *X. cap. 52. de Elect. & Elect. Pot.* ubi Abbatis vel Pastoris electio jubetur fieri & peragi ad *Consumptionem alicujus Candela*, vel donec ipsa *Candela deficiat*. In nonnullis regionibus Subhaurationis Tempus ad *Clepsydrum* dirigitur. Quæ tamen & aliæ similes fraudibus & captiunculis non destituuntur facile. Nos mittimus has suis locis, & revertimur ad *Solemennem* nostram Juris Saxonici *Proscriptionem & Subhaurationem*. & (8.) ad ejus requisita, ut legaliter fiat, porro referimus *Ordinem*, lege & observantiâ Judicii in *Proscribendo præscriptum*, ut ille præcisè servetur. Differt hac in re *Jus Saxonicum* à jure *Communi & Civili Romano* *Subhaurationem & Proscriptionem* præcedere debet *Rerum distrahendarum æstima-*

Tempus Subhaurationis continuum est currens de Momento in Momentum.

Subhauratio ad Candelam ardentem

Electio ad Consumptionem Candela Auctio ad Clepsidram.

8.
Ordo lege præscriptus in Proscriptione præcisè servandus



*Jure Romano
proscriptionē
præcedit Rei
Subhastandæ
æstimatio l. 16.
C. de Resc.
vendit.*

*Jure Saxoni-
co Res primâ
vice generali-
ter sine ta-
xatione sunt
subhastandæ.*

*Rationes va-
riæ*

*Nulla est pri-
mâ Subhastâ-
tio cum taxa-
tionis rei fa-
cta.*

matio & Taxatio. Notabilis est l. 16. C. de Rescind. vendit. Si quos Debitorum mole depressos necessitas publicæ rationis adstringat proprias distrahere facultates, Rei qualitas & Redituum quantitas æstimetur, nec sub nomine SUBHASTATIONIS publicæ locus Fraudibus relinquatur, ut possessoribus viliori pretio distractis plus exactor ex gratia, quam Debitor ex pretio consequatur. In quam rem adhibendi sunt Rerum illarum venalium periti pro conditione illarum. Jure vero Saxónico primo bona generaliter, nulla mentione æstimationis vel taxationis facta, subhastantur. Unde insignem errorem Judices committunt in foro Saxónico, qui à taxatione incipiunt, & rem taxatam adjecta illa æstimatione proclamari jubent, varias hujus rei dant Jcti Saxónici rationes, quod Debitor illa taxatione lædi posset, & nemo facile inveniri queat, qui plus licitetur, quam res taxata. Vel posset hoc in Creditoris damnum vergere, qui nimis pingvi æstimatione facta rem in solutum accipere recusaret & quæ sunt rationes plures aliæ quas collegit Job. Philipp. de Subhast. cap. 3. com. 3. n. 10. & seqq. Ubi hanc sententiam quod Subhastatio cum æstimatione in primâ proscriptione facta nulla sit, variis Responsis Jctorum confirmat. Modus nempe præsentis Constit. 32. & Ord. Proc. Tit. 39. §. 50. sol man diese Ordnung etc. præcisè servandus, quo neglecto Actus ipse nullus est limitatur tamen (1.) Si statuto vel consuetudine loci aliud introductum (2.) Si Res sint Mobiles Coler. de Proc. Execut. part 3. cap. 9. n. §3. (3.) Non ipsa æstimatio & taxatio bonorum, quæ subhastâ vendi debent, prohibita est simpliciter; cum sæpè ad informationem Judicis faciat, sed sola Subhastatio cum taxatione pri-

primo Termino proſcriptionis facienda. (9.) Porro ad Subhastationem & Proſcriptionem, ut illa ſubſiſtat, requiritur ad illum Actum, ut citetur ipſe Debitor, ſi vivat, vel ſi defuncti bona ſubhaſtentur, illius hæredes, itemque Creditores, & omnes quorum intereſt, vel qui ſunt Litis conſortes, ceſſat enim Subhaſtatio ſi Debitor unâ cum proteſtatione integrum offerat debitum, quod ei integrum eſt ante adjudicationem, itē ſi Creditor jam ex fructuū perceptione ſatiſfactionem habeat. Ad minimum Citatio debet in ſe continere ſpatiū, quo debitor poſſit luere pignus. Videatur *Job. Philippi quondam Collega in Judicio Ducali Inferior. Luſ. Marchionat. conjunctiſſimus Tract. de Subhaſtationib. cap. 3. Com. 4. pertot.* Tandē ad requiſita Subhaſtationis 10. & 11. etiam referunt, ut Emptores citentur ad locū aliquem certum, ubi plus offerenti poſſit Res ſubhaſtâ, empta tradi, item ut Debitum ſit liquidum. Sed cum de his partim in hâc, partim in præcedenti *Differtat. V.* jamdū ſit dictum, jam plura de Requiſitis Subhaſtationis primi actus, nempe proſcriptione, non addimus.

Not. 21. Alter & Secundus Actus, qui ad perficiendam Subhaſtationem ejuſque ſolennitates requiritur, eſt LICITATIO, vel AUCTION. Illa nihil aliud eſt, quam *oblatio pretii pro Re ſubhaſtâ venum expoſita, facta ab Emptore pro illa re emenda vel acqvirenda.* Wann einer vor das öffentlich außgeruffene oder ſubhaſtirte Gut ein gewiſſes Angeld darauff bietet oder ein Geld darauff ſezet. Auction vero, vel Adjectio, proprie illa eſt, quando alius Licitator majus pretium pro re ſubhaſtata offert, vel majorem ſummam adjicit, wenn einer bey der Subhaſtation, und beſchehenen Licitation den andern über-

(9)
Requiſitum legitima Subhaſtationis eſt Citatio Debitoris & Litis Conſortium.

10. 11.
Denunciatio publica & Debitum liquidum.

Not. 21.
Secundus ſubhaſtationis actus ad ſolennitatem ſpectans eſt LICITATIO & AUCTION vel ADJECTIO.

Quilibet licitare potest, qui personam standi in iudicio habet. Pro alio licitationes permittuntur.

Per mandatarium licitare permissum. Licitationes stant in loco consueto & coram Magistratu substante.

Licitatio libera est voluntatis uti Emptio inter Privatos.

berbiethet / und ein höhers darauff setzet. Quibus verbis utitur *Sereniss. Legis. August.* in *Constit. nostra §. 1.* Siebt sich den ein Kauffman an / und setz ein Geld darauf / so sol dasselbig wiederum außgeruffen / und das verholffene Gut dehme so am meisten darvor geben will / gelassen werden. Quæ ipsissima verba repetita leguntur in *Ordinat. Proc. Tit. 39. §.* So sol man. De eo prorsus non dubitandum est, quod quilibet, modo Personam standi in Iudicio habeat, vel pro se, vel pro alio licitare & emere possit. Modo sine fraude fiat. Qui etenim in favorem alterius pro re subhaltata pretium obtulit, jus suum alteri, quæsitum cedere nullibi prohibetur. *Carpzov. part. 1. const. 32. def. 38. Post Inspect. 32. n. 46.* Nec impedit Licitationem fieri per Procuratorem, quod si tamen sine mandato quis pro alio licitetur, hoc periculi sustinet, ut si Principalis rati habere nolit, ipse ex licitatione factâ teneatur. Licitationis vero forma in eo potissimum consistit, ut illa fiat in loco publico consueto, vel coram Magistratu ejusque Ministris, quibus hæc res competit. Nec interest, num licitatio fiat ore tenus coram Iudice, & actis à Notario inseratur, an vero per Epistolam in scriptis. Quod si enim literæ Licatoriæ coram Magistratu incompetente, vel illo, qui in illa re potestatem non habet disponendi, sint insinuata, nullius sunt momenti. Quod variis Responsis Prudentum & præjudiciis declarat *Dn. Philippi de Subhast. cap. 3. com. 7. Qui Comm. 8. 9. 10. & 11.* pluribus exponit, Quâ ratione *Magistratus, Tutores, Curatores, Creditores,* & ipsi *Debitorum, ad Licitationem & Auctionem* admittantur. Quemadmodum vero in Contractu Emptionis & Venditionis libera intercedere debet Contrahentium voluntas, ut ille ab initio sit meræ facultatis, quamvis postea

DE SUBHASTATIONE.

stea sit necessitatis, ita quoque res se habet in Venditione, quæ fit sub hastâ publicâ: Libera Licitatori voluntas relicta est, quamvis Creditor sit. Non aliter tamen ad licitandum quis admittitur, nisi offerat paratam pecuniam, **bahr Geld**/non ad certos Terminos. Eleganter hâc de re loquitur *Ulpianus in l. 15. ff. de re judicatâ in §. 7.* his verbis: *Oportet enim res captas pignori & distractas presenti pecunia distrabi, non sic, ut post tempus pecunia solvatur.* Et præsens in licitatione pecunia non pro parte, sed quoad totam summam esse debet. Cum in præjudicium Creditoris iudex nomine Debitoris vendens fidem habere de pretio non possit, cuius interest, ut suum ex pignore consequatur ejusque distractione *Coler. de Proc. Execut. part. 3. cap. 9. n. 94. Moller ad hanc Const. 32. n. 10.* Aliud est, si consuetudo loci illud ferat, vel Creditores consentiant. De Jure tamen Saxonico *Dd.* putant admittendum esse Licitatorem, quamvis præsentem pecuniâ non sit instructus, sed fidem faciat de pretio certis terminis solvendo, ob verba nostræ Constitutionis §. *Findet sich aber. Und ihnen freistellen / ob sie es der Schätzung nach umb bahr Geld / oder auff Tagezeiten annehmen wollen.* Saxoniæ tamen *Jcti* illud eatenus saltem concedunt, si non concurrant plures licitatores, tunc etenim ille, qui præsentem offert pecuniam, præferendus est aliis fidem de pretio facientibus, nec etenim ignotum est, quantum incommodi particularis solutio secum trahat. Limitat tamen & hoc ipsum *Carpzovius ad hanc Constit. def. 41.* Si nempe omnibus Creditoribus satisfactio dari possit præsentem pecuniâ, alias Alter alteri damnum inferre nequit, nec hypothecarii posteriores excludere possunt, ideoque hoc casu

Jure Civili Licitator summam quam offert pro pignore quod distrabitur, presenti pecunia numerare debet non ad Tempus l. 15. ff. de Re Judic.

De Jure Saxonico admittitur Licitator qui diversis Terminis solutionem offert pretii modo majorem offerat quantitatem quam ille qui presentem pecuniam obtulit.



In Subhastatione omnibus Creditoribus prospiciendum est.

Non pro debito exiguo Res magni valoris subhastanda.

Pura sit Licitatio non conditionalis.

Nomen pro pretio offerre Licitator non potest.

In Licitatione loco pretii offerre non licet Censum vel annuos Reditus.

ille præferendus est, qui majorem summam offert, quamvis diversis Terminis solvendam, scil. deducto inter usurio. Vide *Coler de Process. Execut. part. 3. cap. 9. n. 93. Berlich. part. 1. concl. 81. n. 184.* In Concursu Creditorum etenim quantum fieri potest, omnibus prospiciendum est, ut solutionem ex distractione pignoris capiant. Sed quid inter Usurium proprie dicatur pluribus exponit *Job. Philipp. de Subhast. cap. 3. Com. 12. n. 31. & seqq.* Quomodo vero succurrendum sit Debitori, ne ad instantiam Creditoris bona & prædia magni valoris pro exiguo debito distrahantur, prolixè exponit. *Postius Tract. de Subhast. Inspec. 28.* Quem plerique recentiorum secuti sunt. Ratione Qualitatis, LICITATIO, AUCTIONIO, vel ADJECTIO non *Conditionalis* sit, sed pura, cum illa non satisfiat Creditori, nec finis per eam sequatur & effectus subhastationis *Post. de Subhast. inspec. 33. n. 9.* Nec audiendus est Licitator, qui loco præsentis pecuniæ *Nomen* aliquod, quod apud Debitorem habet, offert. Nec Compensatio hinc locum habet, utpote quod hic non contrahatur cum Debitore & Creditore, sed cum Creditoribus Debitoris vel ipso Judice subhastante. Creditor enim bona Debitoris sub hastâ emere si velit, jure Extranei licitatoris uti debet. Et ita præstare id, quod extraneus jure jubente cogitur. *l. 2. C. si in ca. jud. pig. capt. sit l. 17. ff. qui pot. in pig.* Variis præjudiciis & Responsis Prudentum hanc assertionem confirmat *Johan. Philipp. Tract. de Subhast. cap. 3. com. 12. n. 60.* Porro non admittunt in licitatione Dd. ut loco pecuniæ præsentis licitator offerat *censum* vel *annuos Reditus*, cum pretium debeat esse certum; nec audiendus est licitator, qui in se suscipere vult *Debita Debitoris solvenda.* Plura de hâc

DE SUBHASTATIONE.

hac qualificatâ vel conditionatâ Licitatione & quomodo illa subsistat, si Creditores consentiant, vel intra Tempus Subhastationis non contradicant, recenset *Dn. Philipp. d.l.* Jure Novissimo Saxonico ejusmodi Licitatio conditionata, quâ Debitum, quod in Concursu petit, compensare vult in pretio, prorsus prohibita est. *Dec. Nov. 71.* Ob der Gläubiger so mit diesem Beding auff ein Stück Guts in concursu ein mehrers Kauffgeld sezet / daß er seine Forderung / mit welcher er sonst zurück treten oder außgehen müste / darvon kürzē möge / dem Käufer vorzuziehen / welchen ohne dergleichen Condition ein wenigers gebothen? Quæ Quæstio negative à Sareniss. Legislatore JOH. GEORG. II. sequenti modo decisa est: Wann ein Gläubiger in einem Concursu Creditorum bey Feilbietung eines Gutes / einem andern / so darauff ein gewisses licitirt / im Kauffgelder übersezet und ein mehrers gebothen / iedoch mit dem Beding / daß Er seine Forderung / mit welcher er sonst zurück stehen / oder bey der andern Licitation außgehen dürffte / an dem Kauff-Gelde abrechnen möge / Ist bißhero die Frage entstanden / Ob er dem ersten Käufer vorzuziehen sey? Ob nun wohl von etlichen dafür gehalten werden wollen / daß er wegen des gebothenen höhern Kauff-Geldes vor jenen zuzu lassen / so wollen Wir doch damit den andern Gläubigern / so ein besser Recht haben / hierdurch kein Nachtheil zuwachse / die mit dergleichen Condition beschehene licitationes gänzlich verbothen haben / also daß sie künfftig von keinem Richter angenommen / noch angeschlagen werden sollen.

Novell. Elec. 71.

F 3

Not. 22.



Licitatio quo-
que sæpius re-
petenda uti
Proscriptio.

Tres actus di-
stincti Subha-
stationis Pro-
scriptio, Lici-
tatio, Adju-
dicatio con-
junguntur in
S. I. Const. 32.

Uti in vendi-
tione Privata
varii con-
currunt Lici-
tatores & Em-

Not. 22. Quemadmodum verò antea de PROSCRI-
PTIONE, primo Actu SUBHASTATIONIS, diximus;
quod illa sæpius & de *jure Saxon. Tribus quaterd nis* re-
petenda sit, ita & *Licitationes, auctiones & adject ones* u-
nâ cum ipsa *Proscriptione* sæpius repetuntur, neque u-
na sufficit licitatio, sed ut plurimum plures concurrunt
LICITATORES, qui vel æquale, vel Majus pretium offe-
runt, quam primus Licitator. Nec etenim Judex acquies-
cere debet in facta prima *licitatione*, sed rem Subhasta-
tam denuo cum pretio oblato jubet *proscribi & procla-*
mari. Ita nempe hoc dispositum est in *Nostra Constit. 32.*
His verbis §. 1. *Giebt sich denn ein Kauffmann (Licita-*
tor) an / und setzt ein Geld darauß so sol dasselbige
wiederum außgeruffen / und das verholffene Gut de-
me / so am meisten darvor gebē will / gelassē wredē. Tres
distincti Actus SUBHASTATIONIS ad solennitatem ven-
ditionis sub hasta necessarij hoc textu delineantur & ex-
primuntur (1.) *Proscriptio* (2.) *Licitatio* & utriusque rei-
teratio (3.) *Addictio* vel *Adjudicatio*. *Licitatio* his verbis:
Gibt sich dann ein Kaufman an / und setzt ein Geld da-
rauff. *Proscriptio iterata*: *So sol dasselbige wiederum*
außgeruffen: Adjudicatio und das verholffene Gut de-
me / so am meisten darvor geben will / gelassen werden.
De *Proscriptione* jam antea diximus ejusque requisitis. de
Adjudicatione etiam mox dicemus. Jam adhuc pauca
dicenda sunt de *Iteratione & cumulatione Licitationis.*
Uti nempe fieri videmus, in Emptione & venditione,
quæ celebratur inter privatos, citra subhastationem, ut
sæpe, si Res venalis forte publice exponatur, in Nundinis
vel foro, plures in una Re concurrant Emptores & Licita-
to-

tores die etiam bieten / ita tamen ut illi saltem Res tradatur, qui majus pretium obtulit, & cum quo venditor convenit. Mit welchen der Kauff geschlossen. In quo contractu Privatorum etiam illa Regula obtinet, quod primus Emptor, reliquos posteriores excludat: Si nempe venditor & Emptor in re & Pretio, consenserint, ita quoque in venditione, quæ fit sub hasta, maximè varii Licitatores & Emptores concurrere solent, ex quibus tamen unus saltem, cum quo Judex & Creditores, vel illi, quorum nomine Subhastatio fit, contraxit, Rem consequi solet per adjudicationem. Nec semper primo licitatori, quamvis illius jus prævalere videatur, si nemo majus pretium durante Subhastationis tempore obtulit, Res adjudicatur: Sed illi, qui intra fatale majus pretium obtulit, in quod Judex, & illi quorum nomine Subhastatio fit, consenserunt. Quamvis enim Licitatori primo bona fide pretium offerenti res tandem sit adjudicanda, illud tamen fallit, si in Secunda, Tertia, vel Quartâ Subhastatione durantibus adhuc tribus quaterdenis, ab alio plus licitante superetur. Dum ultimâ quoque die durante adhuc Subhastationis tempore, licitator majus pretium offerens admitti debet *Carpzov. part. 2. Const. 32. def. 39. & 40.* In eo tamen **JUS PRIMI LICITATORIS** consistere videtur, ut si offerat augmentum pretii à sequentibus Licitatoribus oblato, tempore *Subhastationis* nondum effluxo, reliquis præferatur, quod magis dicendum, si à posterioribus oblatum Pretium non adæquet solum, sed & superet & vincat ob expressa verba nostræ *Constit. §. 1. Sol das verbothene Gut dehme so am meisten dafür geben will / gelassen.* Exemplis variis hoc illustant *Carpzovius & Mollerus* item

Ber-

ptores, & illi Res traditur, qui Majus pretium obtulit in quo venditor consensit, ita quoque, in venditione sub hasta plus offerenti res adjudicatur.

Primus licitator non præfertur nisi Majus pretium obtulit in Auctione.

Jus primi Licitatoris.

Primus Licitator æquale vel majus pretium offerens posterioribus præfertur.

*Post effluxum
Subhastationis
Tempus lici-
tatio nullum
locum habet
nec pingvius
pretium offer-
re potest.*

*Pro primo Li-
citatore non
habetur qui
ante Procla-
mationem li-
citavit.*

*Ordo lege præ-
scriptus in Li-
citate ser-
vandus.*

*Berlichius ad hanc Constit. 32. Adde Coler. de Proc. Execut. p. 3. c. 9. n. 105. Præterlapso tamen fatali Subhastationis, Jus primi licitatoris expirat ob formam neglectam. Uti etiam primus Licitator, si majus pretium adæqvavit, ante fatale Subhastationis, post effluxum tempus ab alio superari nequit vel vinci, quamvis pingvius offeratur pretium. Nec admittitur post fatale Subhastationis alius licitator, quamvis prætendat sibi denunciata non esse majorem licitationem, neque citatum. Cum jura vigilantibus scripta sint, & ipsa Præconizatio & Subhastatio facta sit instar Citationis & admonitionis Judicialis, quod ipsum variis Responsis Prudentum illustrat Johan Philippi Tract. de Subhast. cap. 3. Com. 14. Num 8. & seqq. Ubi multis etiam Rationibus & præjudiciis ostendit, revera pro PRIMO LICITATORE non habendum esse, qui ante factam PROSCRIPTIONEM publicam vel Proclamationem licitavit, vel pretium aliquod pro re adhuc subhastanda quamvis judicialiter, obtulit, & coram competente imo consentiente & permittente Judice, ipsa Ratio desumi potest ex nostra Constitut. & Ord. Proc. Tit. 36. §. So soll man diese Ordnung halten das erstlich das verholzene Gut in der Gemeine außgeruffen und subhastiret. Siebt sich dann NB. ein Käufer an ic. Qui ordo lege præscriptus sine vitio nullitatis omitti haudquaquam debet. Et Emptor nondum esse potest, ubi res nondum promercialis, quæ talis demum fit præviâ Proscriptione, tanquam primo Subhastationis Actu. Præconizatio præcedere, Licitatio sequi debet. Illud porro extra controversiam positum est, quod cum in hac venditione publicâ omnia bonâ fide & citra fraudes peragi debeant, Licitatoris primi Jus, vel fa-
cto*

DE SUBHASTATIONE

cto Judici, s vel gratia & odio, vel etiam fraudibus aliorum Licitatorum, vel ipsorum Creditorum concurrentium, vel ipsius Debitoris, interverti non possit, nec debeat. Huc referunt Casum; Si Primus Licitator licitationem in scriptis offerat Judici primo Maji, Judex literas nec aperiat nec facta registratura, actis inserat, alter autem secundo Maji oretenus licitetur coram Judice, & cautio ab illo realiter praestetur? Quæritur: Num jus primi Licitatoris eo facto infringatur? Quod omnino negandum est, cum Judicis factum nocere parti haud debeat. Similis huic & ille casus est, Si Judex primi Licitatoris pretium oblatum denuo subhastari non faciat, sed proclamationem faciat cum secundi Licitatoris pretio, neque etiam hoc modo Jus primæ licitatio infringi poterit. Alios casus recenset & præjudiciis con- mat Dominus *Philippi. dic. cap. 3. com. 14. n. 22. & seqq.* Sed quæritur porro, quid dicendum de *Animoso licitatore.* Et quibus mediis ille ab *Subhastatione* arcendus & repellendus? Animosa nempe Licitatio vocatur, quæ fit ex calore quodam licitantis ultra modum solitæ emptionis. Hæc descriptio desumpta esse videtur ex *l. 6. ff. de Publican. & Vectigal.* Ubi *Paulus* JCrus his utitur verbis: *Locatio vectigalium, quæ calore licitantis ultra modum solitæ conductionis inflavit, ita demum admittenda est, si fidejussores idoneos, & cautionem is, qui licitatione vicerit, offerre paratus sit.* Cupidè nempe & inconsideratè sæpius confluent & accedunt Emptores ad emptionem Rerum, quæ publicè exponuntur sub hastâ, ut calor licitantium illos inflat ad licitationem ultra modum soliti pretii. Et calor hic ex variis causis oriri solet, aliquando ex invidiâ Emptorum, si forte Res subhastetur, quæ Antiquis vel Majoribus propria

Jus primi Licitatoris facti Judicis interverti non debet.

Quomodo Animosus Licitator à Judice repellendus.

l. 9. ff. de Publican. & Vectigal.

Calor licitantium inflat ultra modum.

Si Res. Ma-

G fuit



orum repetatur l. 35. de Minorib.

Licitatio animosa ob vicinitatem.

Animosus Licitator vel repellendus vel præstita cautione admit- tendus saltem est.

Juramentum Purgatorium animoso Licitatori oblatum.

Decretum Senatus Lipsiensis de cautione Licitatorum.

fuit. Ejusmodi casus allegatur ab Hermogeniano in *l. 35. ff. de Minorib.* His verbis: *Si Emptionem penes se collocatam minor adjectione ab alio superetur, implorans in integrum restitutionem, audiretur, si ejus interesse emptam ab eo rem fuisse ad probetur, velut quod Majorum ejus fuisset, ita tamen ut id, quod ex licitatione accessit, ipse offerat venditori.* Sic licitatio animosa sæpe fit ob vicinitatem, vel ex calore iracundia: Item animosa Licitatio dicitur, quæ fit ad impediendum alium vel deterrendum, vel majorem dilationem consequendam. Ejusmodi Licitationem animosam, quæ videtur in fraudem contractus fieri, vel à Judice prorsus repellenda & rejicienda est, vel ab ejusmodi animoso Licitatore cautionem exigere potest idoneam, de solvendo tanto pretio, quod offert, ob verba *l. 9. ff. de Public.* quæ præstita cautione metus fraudis & suspicio tollitur, & securi redduntur Creditores, itemque illi, quorum interest, rem carius vendi. Et cautionem hanc requirere potest Judex à Licitatore, quoties ipsi ex aliquâ causa suspecta videbitur licitatio. Poterit etiam Judex, si velit, deferre Juramentum animoso Licitatori, ut se purget se tantum pretium non offerre ad alios deterrendos. In quâ delatione Juramenti tamen cautus sit Judex & circumspexitus, ne oneret illos, in quos nulla cadit suspicio fraudis *Johan Philippi in Tract. de Subbast. cap. 3. Com. 15. n. 30. & seqq.* Allegat Decretum Senatus Lipsiensis à Ser. Elect. Saxo. confirmatum, quo nemo planè ad Licitationem admittitur, qui non prius cautionem præstiterit, vel pignoribus, vel fidejussoribus idoneis, se pecuniam in Subhastatione in Prætorio in denen Stad-Berichten depositurum esse sub poena Carceris, daß Er oder sein Bürgen so lange in Gehorsam / biß solches erfolge / verbleiben wolle.

Not. 23.

Not. 23. Finitâ ita parte primâ & secundâ Subhastationis, nempe PROSCRIPTIONE & LICITATIONE, & decursis penitus utriusque fatalibus & temporibus lege definitis, tandem subsequitur ADJUDICATIO, vel ADDICTIO, qua transfertur res venalis subhastata in plus licitantem vel offerentem: Qui illius verum & legitimum acquirit Dominium. Et quidem non ex gratiâ, sed debito & jure sic flagitante, Majus pretium offerenti à judice illa res adjudicanda & tradenda est. Quod pariter jure Civili, quam Saxonico obtinet, ita ut aliter judicans, nullitatem committat. Verba nostræ Confit. 23. satis clara sunt: *Sol das verholffene Gut deme so am meisten davor gibt gelassen werden.* Quod etiam procedit & minus dubium habet, si unus saltem fuerit licitator, & alii non concurrant. Finito Subhastationis tempore ei res adjudicanda venit. Præcisè enim neque de jure Civili, neque Saxonico bina vel trina licitatio necessaria est l. 2. C. si. in causa Jud. pig. captum sit. Quærunto Dd. Num ad Actum Adjudicationis Debitor & Creditores sint citandi: Et Debitoris quidem, non Creditorum præsentiam putant esse necessariam, quod negotium propriè inter Debitorem & Emptorè geratur. Præjudicio hanc sententiam confirmat Dn. Philippi de Subhast. cap. 3. com. 13. n. 21. Quæritur porro: Si plures concurrant, qui successive idem pretium obtulerunt, cui Res adjudicanda. Resp. primo, in eo enim consistit jus primi licitatoris ut antea diximus. Quia victus non est prior à posteriore. Quid vero: Si concurrant eodem tempore æque idonei? Putant Dd. vel rem dividendam, si commodè fieri possit, vel Gratificationi locum esse Judicis cui, adjudicare velit. Bald. in l. ult. C. de man. Test. Carpz. ad h. Const. def. 42. Contra alii putant, melius fieri, si Subhastatio reiteretur, uti fieri testatur apud Belgas Anton. Matth. Tract. de Subhast. Quid vero dicendum, si concurrant Extranei cum Creditoribus, Creditores & Agnati, Socii in Re communi, Uxor & Liberi, Viduus, &c. Quid dicendum de illis, qui jus Protentiosos habent, vel Retractus, si Debitor offerat pretium, si plus offerens solvendo non sit, cui tunc Res adjudicari debeat, pluribus exponit Dn. Philippi Tract. de Subhast. cap. 3. Com. 6.

Not. 24. Quæ hæcenus dicta sunt, intelligenda de iis Casibus, quando Proscriptio & Licitatio facta est, & vel unus, vel plures Licitatores fuerunt, qui pretium intra legitimum spatium Subhastationis obtulerunt. Tunc nempe Res plus licitanti est adjudicanda. Sed coram dis loco nunc ille Casus adhuc decidendus est, quid Juris, Si legitime factâ proscriptione vel Proclamatione, vel per Praconem, vel Program

Not. 23. ADJUDICATIO ultimus actus est Subhastationis quo res Subhastata transfertur in pinguiorem licitorem. Si unus saltem fuerit licitator.

Debitor ad adjudicationem citandus non Creditor.

Si plures successive idem pretium obtulerint primus præfertur.

Si concurrant eodem tempore æque idonei

Si concurrant Licitatores Extranei cum Creditoribus Agnato Filio &c.

Not. 24. Si nullus invenitur Licitator

*Jure Civili
Creditor Rem
Debitoris in
solutum acci-
per etenetur.
Jure Saxoni-
co Res taxatur
& denuo sub-
hastatur.*

*Si Creditor
ipse licitare
nolit vel ini-
quum pre-
tium offerat.*

*Denuo taxan-
da & Subha-
stata res est.*

*Si redenuo
Subhastata
Emptor non
inveniatur?*

*Secundum
Constit. Cre-
ditor in solu-
tum accipere
debet.*

*Aliud disposi-
tum Ord. Proc.
Tit. 39.*

*Iterum Sub-
hastata.*

*Si denuo non
inveniatur
Emptor?*

*Res taxanda
à Scabinis.*

*ma, nullus inventus fuerit Emptor vel licitator? Cui tunc Res subha-
stata sit adjudicanda? Et jure quidem Civili nullo invento Emptore
Creditor rem subhastatam in solutum accipere tenebatur; Probare hoc
volunt ex *Authen C. hoc nisi Debitor de Solut.* Qui textus mihi id pro-
bare non videtur. Quicquid sit, Casus hic in nostra Constitut. his ver-
bis videtur esse decisus: Findet sich aber nach beschehener Feilbietung
kein Kauffmann / so soll das verholffene Gut nach Verlauffung derer
vierzehnen Tage durch die Gerichte umb baar Geld und auf Tage-Zeit /
beydes dem rechten und gemeinen Werth nach / wie des Orts die Güter
auf die Zeit gültig gewirdet und geschätzt / und mit Vermeldung solchen
Taxt ferner zu feilen Kauf derer vierzehnen Tage nach einander / öffend-
lich verkündigtet werden. Res nempe Subhastata, cujus nullus inven-
tus fuit Emptor & licitator prævia taxâ communi denuo Subhastanda
est. In *Ord. Process.* eadem hæc verba *Tit. 39.* repetuntur. Præmittitur
tamen ille casus, wann der Gläubiger etwa bedencken hätte selbst zu lici-
tiren, oder gar ein ungleiches auf das Gut setzet: Daß der die Gerichte
daraus scheinlichen zu befinden / wann Er das Gut in seinem Werth be-
halten solte daß der Schuldner hierdurch zu sehr überetlet werde. Quod
tunc præviâ taxâ Subhastatio sit reiteranda secundum nostram Con-
stitutionem. Sed quid porro dicendum, si Re denuo præviâ taxatione
Subhastata, neque tamen Licitator vel Emptor inveniatur? Ser. El.
Augustus ita hanc quæstionem decidit: Und da Außgangs der Zeit
solch verholffenes Gut nicht verkauft würde / alsdann sollen die Gläu-
biger dasselbige in dem Werth / wie es taxiret / anzunehmen schuldig seyn.
Sed ab hac Constitutione nostra recessisse videtur *Ord. Proc. Tit. 39. S.*
16. Wann nun gleich ein Gut also gerichtlich taxiret und feil geboten
worden / und es würde sich noch kein Kauffmann finden wollen. Sol-
denoch der Gläubiger / wann er nicht selbst licitiret, unverbunden seyn /
das Gut weder seinen Willen umb solchen Taxt anzunehmen / sondern
Ihm vermöge der Rechte frey stehen / ob er es umb den Taxt kauffen / o-
der anderweit licitiren und umb das gesetzte Kauffgeid aufs neue auß-
bieten lassen wolle oder nicht. Sed quid, si nec tunc Emptor inve-
niatur? Nec Creditor pro taxâ facta velit in solutum accipere sed ta-
xæ una cum debito contradicat? Tunc ita proceditur secundum
Nostr. Const. S. pen. Würde sich aber der Schuldner oder auch der Gläu-
biger / solchen Taxt / aus erheblichen Ursachen beschweren / so sol ihnen
nachgelassen werden / das verholffene Gut anderweit durch die Land-
Schöppen umb baar Geld oder auf Tage-Zeit abermals wiedern zu
lassen / und wie es durch dieselbige geschehet / dabey sol es blei-
ben. Et Tantum de SUBHASTATIONE.*



2e 356

f

ULB Halle 3
 004 958 25X



TA 20L

710A M.C.





DISS
CONSTI
DI
SUB
Ex
Conse
WERN
MA
CO
In Audi
Typis M

915.
M
CA
ORALE
TI
NE.
um
DORO
P.
1684.
c/
pogr.
ony:

